


EX LIBRIS COLLEGII SANCTÆ MARIÆ DE OSCOTT


PETER
SEABY

N.49.

emptus - z - 8.
compact. 14.R.

Impp. Romanorum NVMISMATA A POMPEIO MAGNO AD HERACLIVM

EDITIO ALTERA,

Multis nummorum millibus aucta, per ADOLPHVM OCCONEM MEDICVM AVGVSTANVM.





AVGVSTAE VINDELICORVM,
ad insigne pinus.

Cum priuilegio Cæsaris perpetuo.

Anno sæculi decimi septi. primo.

Nobili ac Strenuo, animi corporisq; dotibus ornatiſſimo IOANNI à SCHELLENBERG, Dom. in Hüfingen, Stauffen, Randegg & cæt. ſtudiorum ac ſtudioſorum ſummo mecœnati, Dom. officioſe colendo Adolphus Occo Med. S.



NVnquam futurum putaui, ut libello meo Impp. qui ante annos XX. Plantini opera in publicum prodijt denuò excudendo δευτέρας φροντίδας adhiberem, nobilis ac ſtrenue Dom. Schellenbergi, patrone obſeruande, cum ætate iam ingraueſcente, & perpetua quaſi inualetudine detentus, id fieri poſſe propemodum incredibile videretur, cum in horas quaſcunque extremum ſpiritum ducturum me, & his corporis vinculis ſolutum iri putarem, veruntamen quia Deus Opt. Max. pro immenſa ſua benignitate vitam mihi diuturniorem eſſe voluit, & interea crebris amicorum hortationibus, tuis præſertim & ampliſſimi noſtri IIviri Dom. Marci Velſeri, viri & eruditione & vitæ genere tali, ut à bonis ac doctis omnibus certatim diligi mereatur, qui ad opus hoc ſuſcipiendum ac perficiendum ſumptus ultrò ſuppeditauit, monitis ac perſuaſionibus quaſi urgerer, qualemcunque hunc laborem denuò ſubeundum, & σὺν τῷ θεῷ abſoluendum ſuſcepi, quem feliciter paucis quibuſdam mutatis aut tranſpoſitis, multis milib. nummorum auctum ſartum tectum ſub ampliſſimi & clariſſimi nominis tui patrocinio in lucem prodeuntem S. T. conſecro, atq; ut id facerem primum iubebat is, qui me in amicitiam tuam per-

duxit, ſumma tibi familiaritate coniunctus Io. Iacobus Ruegerus, vir doctus, & antiquitatum ſtudioſiſſimus, deinde familiaritas illa & amicitia iam ante inter nos contracta, tum quoque ſingularis illa ac perpetua erga me humanitas & beneuolentia tua, qua me non meritum, & cui ego referendæ par eſſe non poſſum, etiam infimum complecteris. Atqui ſuperuacaneum arbitror laudes tuas prolixiore encomio commemorare, cum nõ modò toto Hegoiorum Ordini, ſed & exteris omnibus nota ſit virtus, induſtria, beneuolentia, atque humanitas tua, erga cuiuſuis ordinis aut conditionis homines, tam illuſtri propagine quam infima ſorte oriundos, ſed eos maximè, qui vel virtute vel eruditione reliquis ſunt præſtantiores. efficit hoc induſtria tua à primis annis in literarum ſtudijs exculta, temporis progreſſu, addita etiam linguarum cognitione uſque adeò aucta, ut ſuperiores tibi hoc doctrinæ genere paucos hactenus cognouerim; id quod ἀκολακεύτως & citra aſſentationis fucum à me pronunciatum tibi perſuade. noli enim exiſtimes me hoc auribus tuis dare, quandoquidem res ipſa loquitur, loquuntur epiſtolæ tuæ Ciceroniana eloquentia ad me perſcriptæ, teſtantur clariſſimi quique viri, qui & amicitiam tuam hactenus coluerunt, & magna cum reuerentia & admiratione s. t. obſeruarunt, actionibus omnibus, conuentibus, pactis, rebusq; tam ſecundis quam aduerſis tuam operam & fidem experti, tuo obtemperantes cõſilio, in te ſolum defixos habentes oculos, quin etiam longius à te remoti aut diſſiti, tuam præſentiam in rebus arduis ac dubijs expetunt. atque utinam s. t. valetudine eſſet paulò firmiore, ut plurimorum expectationi

per

per te ſatisfieri poſſet. Charus es magnatibus, principibus & Imp. quoque Maieſtati, cuius negotijs in Hegoia & finitimis locis obeundis tua requiritur prudentia, fortitudo, temperantia, & omnium virtutum decus ipſa iuſtitia. Quid de ſtudijs literarum & vigilantia tua dixerim, cum nullum temporis momentum abſque lineæ ductu præterlabi patiaris, dummodo per valetudinem & negocia id tibi detur, notiſſimæ tibi ſunt tam veterum (Rom. ſcilicet) quam noſtrorum temporum hiſtoriæ, quas indefeſſo labore hactenus indagare ſtuduiſti. O præclaram illam tuam indolem, & ad ſtudia literarum verè natam! quid de immenſa voluptate & delectatione in antiquos non ſolum autores, ſed & nummos Rom. pretio etiam non vulgari conquirendos, quibus impetrandis præclarum illud doctiſſimi Philippi Beroaldi conſilium ſequeris, qui pulchrum aſſerebat congerere numiſmata illuſtrium virorum, pulchrius bibliothecam librorum monumentis illuſtrare, pulcherrimum verò utrunque conficere, hoc nimirum ſpecimen eſſe fœcundæ probitatis; neceſſe enim affatim in illo eſſe virtutem, qui ſic amet alienas imagines. quantum verò huiuſmodi rebus ingenuo homine digniſſimis delecteris, illi ipſi norunt qui crebrò tecũ verſantur viri & pietate et doctrina inſigni præſtantes, utriq; noſtrũ notiſſimi & coniunctiſſ. Sed deſino virtutes tuas plurib. recenſere, ne adulationis vitiũ incurriſſe videar. Hæ igitur cauſæ atq; id genus aliæ fuere, cur hunc meũ extremũ fœtum, & ſtudiorum noſtrorum tenuem fructum atque laborem s. T. inſcriberem, quem haud ingratum tibi futurum mihi perſuadeo, hunc inquam ex antiqua veterum formula tibi

vir maxime dono & dedico. quod si quid in hoc ipso libro per negligentiam intermissum aut minus explicatũ est, aut quouis alio modo hallucinati sumus, dabis id ætati meæ, qui añum ætatis LXXVII. iam ingressus, prout volebam satisfacere etiam mihi ipsi haud potui. Accipe igitur opusculum hoc nostrum vir nobiliss. quâ emendatum, quâ amicorum & meis copijs auctum: quo in certum ordinem redigendo plurimum me iuuit ampliss. generis nobilitate & virtutis laude præstantissimus dom. Marcus Velserus R. P. nostræ II vir (quem ob excellentes eius virtutes & summam fidem quam in maximis quibusq; rebus gerendis in R. P. nostra declarat, maximi facio) à me, qui alterum pedem in sepulchro iam habeo, καὶ κατὰ ποδὸς βάσιν ἀποθνήσκω, Tuæ Str. oblatum, in bonam partem accipe monumentum meæ in te obseruantiæ, tui in me & litteratos omnes amoris atque studij futurum, quo in amore, quo in studio quam diutissimè ut pergas etiam atque etiam valere te vir nobilissime perpetuum & cupio & opto.

DE

DE EDITIONE VETERVM NVMISMATVM D. ADOLPHI OCCONIS AVGVSTANI,

Carmen HIERONYMI VVOLPHII OETINGENSIS

MIRVS *homo fuit ille, rudi qui certa metallo*
Signa dedit, varijs apta ministeriis.
Quidquid emas, vendásue, domiue forísue: sequester
Nummus adest: ultrò commeat atque citrò.
Si nummos habeas: vænit mare, sidera, tellus.
Si careas nummis: stultus ubique iaces.
Scilicet hinc oritur tanta admiratio nummi:
Non sit in hoc stolido maior ut orbe Deus.
Omnis auarus hoc idolum quasi numen adorat:
Oblitus summi, qui regit astra Dei.
Pauperis oblitus: quem morbus & ægra senecta;
Indiga quem soboles, duráque sæcla premunt.
Euclio tot maßis incedit adobrutus auri:
Præcipitem ut rectà sub Phlegethonta trahant.
Et meritò. Nam cur gazas contempsit Olympi?
Cur non ætheriæ quæsiit arcis opes?
Sed valeat quicumque polos, terrena secutus,
Spreuit, & arbitrio stétue cadátue suo.
Tu felix, Occo, miseris ægrísque benignus
Arte simul Medica, munificáque manu:
Rara, vetustatis monumenta, numismata promis:
Temporis & serie rite locata notas.
Per te pauper opes tenui parat ære perennes:
Et pariter veteres comparat historias.
Atque utinam certo procederet ordine tempus:
Prorsus ut in libro nulla lacuna foret.
Sed sua subijciant alij: hæc exempla sequentes.
Vnus homo tantum munus obire nequit.

IN AERARIVM HISTORICVM D. ADOLPHI OCCONIS NICOLAI REVSNERI LEORINI EPIGRAMMA.

AERA Ducum, Romæ qui sceptra tulêre superbæ,
Cuncta equidem triplici sparsa sub orbe reor.
Aera Ducum tamen haudquaquam amplius ulla supersunt:
Quorum vix reliqua est nominis umbra leuis.
Scinduntur lapides, gemmæ franguntur & aurum:
Depereunt æuo marmora & æra Ducum.
Aetas cuncta vorat, non exorabilis auro:
Et firmum toto perstat in orbe nihil.
Sola manet virtus nullo delebilis æuo:
Mentis & ingenij gloria sola manet.
Aera Ducum variis sic insignita triumphis
Ingenio viuunt rursus ADOLPHE *tuo.*
Per te luce nitent ea nempe recusa serena:
Per te nunc pleno sparsa sub orbe volant.
Aera tuo potius dici, quàm nomine regum
Digna, quibus vitam das patriumque decus.
Sic tu concilias decus æui grande perennis
Vna opera nummis, regibus atque tibi.
Hermodotum sequitor, quisquis miser indiget ære:
Aera Ducum paret hæc mox sibi, diues erit.

NI-

NICODEMI FRISCHLINI POETAE L. COMITIS PALATINI CAESAREI ELEGIA:

Ad præstantissimum virum D. ADOLPHVM OCCONEM, Medicum Augustanum,

NON *ita virgineus delectat vultus amantem,*
Nec sociæ facies est ita grata viro:
Nec species Helenæ Paridem sic mouit amœna:
Nec sic pulcra suos Lais, Adolphe, procos.
Vt tua me rapiunt Regum simulacra priorum,
Munera diuitiis undique parta tuis:
Expresso referunt quæ ductas ære figuras:
Cæsareos oculos, Cæsareásque manus.
Vt vidi, ut stupui, ut me meus abstulit ardor:
Nam mihi præsentes rebar adesse Deos.
Est aliquid spectare Deos, & adesse putare:
Et quasi cum vero numine posse loqui.
Quantum ad me, non iam præsenti viuere seclo
Me puto: sed prisci temporis esse virum.
Nec iam Germanos inter, mea limina cerno:
Sed media felix hospes in Vrbe moror.
Cæsareos video vultus, velut antè fuerunt:
Imperium summi cùm tenuêre throni:
Cæsareas video lauros, sacra tempora circum:
Signa triumphati quæ caput orbis habet.
Cæsareas video trabeas, cinctúsque Gabinos:
Indigenas habitus, pacificámque togam.
Cæsareos video clypeos, aquilásque volantes:
Et monumenta suæ cuique paterna domo.
Felix argentum, fulnóque beatius auro:
Quod tales ducit nostra sub ora Deos.
Nam quæ illis virtus, quàm viuida dextera factis,
Quàm prudens animus, consilióque sagax:

Audijt, & gelidis vicinus finibus axis
Vltima quem tellus ultimus orbis habet.
Audijt, & si quem tellus Memphitica pascit:
Nilus ubi refluo gurgite tingit agros.
Ergo quem famæ fulgor, nomenq́; trahebat
Hactenus: hunc etiam corpora picta trahant:
Et cui non licuit coràm viuam ora tueri,
Quos dedit ars, vultus effigiesq́; colat:
Dúmque videt parua pictos in imagine vultus:
Sit simul humanæ sortis ubique memor.
Omnia sunt hominum pallenti obnoxia morti:
Et simili fato Rex populúsque cadunt.
Quò pater Augustus? quò cessit Iulius ingens?
Quò Nero crudelis? puluis & umbra sumus.
Quis scit an Hesperias Titan priùs intret in undas: „
Quàm rapidæ fias præda cupita neci? „
Non genus antiquum, non te facundia diues, „
Non armata potest eripuisse manus. „
Ibimus huc omnes, quò nos vocat hora supremi „
Funeris: ista semel meta terenda venit. „
Felices illos, qui recto tramite tendunt: „
Et facili scandunt sidera ad alta via. „
Nam quisquis Christi sine ductu cæcus abibit: „
Hunc Erebi ad tenebras deuius error aget.
Qua verò referam te, vir clarissime, laude,
O decus, ô æui splendor, Adolphe, tui!
Vasa Corinthiacis sunt qui producta caminis,
Immensi passim sumtibus æris emant.
Tænarios alij lapides, Pariásque columnas
Conquirunt, alij, fulua metalla Tagi.
Eoas alij gemmas, viridésque smaragdos,
Et quæcumque vagus munera mittit Arabs,
Tu veterum nobis expressa numismata Regum,
Cæsareos vultus effigiésque paras.
Nec magno parcis sumptu, magnóque labori,
Nec tuus Hippocrates, turba nec ægra, vetat.

Multiplices inter curas, tua seria rerum,
Hac opera multis utilis esse cupis.
Pro quibus emeritis, quando nil restat amicis
Nunc aliud, grates, quas, licet, ore damus.
Pensabunt alij digna mercede laborem,
Qui veterum laudes & pia facta colunt.
Vtq; sit hæc ætas tibi non bene grata merenti,
Est tibi posteritas grata futura tamen.
Interea placidam ducas sine labe senectam,
Vitaq; sit capiti non onerosa tuo.

IN CL. V. D. ADOLPHI OCCONIS ARCHIATRI AVGVSTANI, LIBRVM DE Monetis antiquis

DAVID. HOESCHELIVS.

Τίς πέλεν ἀργυρείου χρῆσις, σχεδὸν ἴσμεν ἅπαντες:
Οὐχὶ δ᾽, ὅτ᾽ ἐστὶν ὁδὸς ταὐτὸ κ᾽ ἐς ἱστορίην.
Ὥσπερ, ὁ Ἑρμείης ὅτι δὴ ἐριούνιός ἐστι,
Πολλοὶ ἐπίστανται: οὐχὶ δὲ, ὡς Λόγιος.
Κεῖνο λιπὼν ἄρα, ὡς φανερόν γε, Ἄδολφος ὁ Ὄκκων
Τουτοῒ τὴν τέχνην δεῖξεν ἐπισταμένως.
Τῆσδ᾽ ἀνθεξόμενος, φίλε: κερδαλεωτέραν ὄντως
Εὑρήσεις, ἢ ἧς χρυσοποιοῖσι μέλει.

IN OPVS IMPERATORIVM CLARISSIMI PRAESTANTISSIMIQVE VIRI D. ADOLPHI OCCONIS DOCTORIS MEDICI AVGVSTANI

Epigramma IOHANNIS ORTELII CYCNOCOMÆI.

Nummis parari gloriam negauerunt
Plerique, vel decus perenne virtutis.

Quòd hi caduci essent: vagaque penderent
A sorte: quæ bonis iniquior, pravis
Sed æquior plerunque, nîl daret certi.
Adolphus huic sententiæ refragatur.
Dum namque acervos aggregare nummorum
Studet: latebrisque eruit situ infectos:
Nomisma non solùm recudit excoctum:
Adversus imbres quod resurgat: aduersus
Iniurias quod temporis sit æternum:
Sed Imperatores adoreæ donis
Quod ornet: ac perennitate virtutes
Quod dotet almas: quin & auctorem
Ipsum quod ad cælos ferat perennantes.
Adolphe macte, nominis decus clarum
Tui manebit: Ianus algidam brumam,
Augustus annis dum exhibebit æstates.

IOANNIS SCHEVRLINI MEDICI AVG.

Diuitijs Crœsus, sophia Plato tempore prisco
Hippocrates medica maximus arte fuit.
Hæc tria qui nummis, qui factis, ingenioque
Vnus cuncta tribus maior Adolphus erit.

IMPP.

IMPP. ROMANORVM NVMISMATA A POMPEIO MAGNO AD HERACLIVM.

CN. POMPEIVS CN. F. SEX. N. MAGNVS.

ὅστις δὲ πρὸς τύραννον ἐμπορεύεται,
κείνου 'στὶ δοῦλος κἂν ἐλεύθερος μόλῃ.



POMPEIVS Romæ patre Strabone nascitur, cum juvenili floreret ætate, extemplo mores & verendi & regij eluxere. Anno æt. XXIII. Præturam adeptus, nec dum in Senatum admissus Imp. appellatus est. Cinna etenim à militibus cæso, in Picenum se contulit, tribusq; legionibus conscriptis, & tribus Marianorum ducibus fugatis L. Sullæ sese conjunxit, à quo Imperatoris nomine salutatus est. Insequente anno à Sulla primum in Siciliam adversus Perpennam & Carbonem, mox in Africam adversus Domitium mittitur, qui profligatis hostibus & occisis, inter Reges judicat tanquam arbiter. Post reditum ex Africa Magnus à Sulla appellatus est, inde Proconsul in Iberiam adversus Sertorium mittitur. Is tribus fulsit triumphis: Belli Africani contra Hiarbam, Hispanici contra Sertorium, Pontici contra Mithridatem. Vide Vopiscum in Probo. Anno æt. XXIIII. Magni nomen à Sulla adeptus est, eoq; vel invito vel renitente de Africa triumphavit, quamvis nec Consul, nec Prætor, nec Senator esset per ætatem. Plutarchus tamen testatur eum per ætatem in Senatum legi potuisse, sed honorificentius sibi futurum duxisse, si primus ex equitibus Romanis triumphasset. De eo vide plura apud Plutarchum in Pompeio. Plin. li. 7. cap. 26.

Orbis 3894. V. C. 682. A. C. 70.

Procos. II. *nec dum in Senatum admissus, triumphat ex Hispania.*

Cn Aufidius Orestes. P. Cornelius Lentulus Sura. Coss.

Aur. MAG. PROCOS. *Prora navis.*
Arg. CN. PISO PRO Q. NVMA. *Caput Numæ.*

A Orbis

Orbis 3895. V. C. 683. A. C. 69.

MAGN. PROCOS. *Delphin, hasta pura, Aquila.*

VARRO PROQ. *Iouis Terminalis caput aut Hermæ effigies.*

Fuluius Vrs. de viris illustrib.

Cn. Pompeius M. M. Licinius Crassus, Coss.

M. Terentius Varro Pompei in Hispania legatus, & sub eodem Prætor classib. Pompeij in bello contra piratas præfuit, & nauali ab eo corona donatus Plin. li. 7. cap. 30. & li. 16. cap. 4. eam ob causam in argenteo hoc Varronis nūmo Pompeij quoq; cognomen signatum opinor. Hermæ autem effigies in altera eius nummi parte, obscurum mihi est quo pertineat, nisi forte ad M. Varronis imaginem quæ uni uiuenti in bibliotheca Pollionis posita fuit, referenda sit teste Plinio. Virorum autem illustrium imagines Hermæ figura, inscriptione adiecta solebant indicari. Varro autem præter reliqua à se strenue gesta, & interuallum maris inter Apolloniam & Hydruntum pedestri concinnauit transitu pontibus iunctis, quod cum Pyrrhus primùm Epirotarum rex excogitasset, idem Varro cum Pompeij classi bello Piratico praeesset absoluit. Vide Appianum in Mithridatico, Dionem li. 41. Plin. li. 3. cap. 11. Florum li. 3. Cusit autem nummum Varro cum in Hispania præter legati munus Proquæstorio etiam officio fungeretur, cuius argenti publice signandi in prouincijs cura imprimis fuit. Ad Pompei porro Imperium maritimum indicandum, sceptrum & aquila impressa est, & Delphin ad maris imperium pertinet, quod Cn. Pompeio ex S. C. bello piratico demandatum est, cui quidem gerendo, unus ex eius legatis M. hic Varro præfuit, quo confecto rostrata corona donatus à Pompeio fuit. Plin.

Q. Hortensius. Q. Cæcilius Metellus Creticus. Coss.

Orbis 3896. V. C. 684 A. C. 68.

Arg. CN. MAGNVS IMP. *Victoria de prælio nauali. Figura insistens proræ nauis cui alia palmam porrigit. Ferd. Archid.*

M. POBLI. LEG. PROPR. *Palladis caput.*

De hoc Poblicio vide Florum li. III. *& Appianum in Mithridatico, ubi Plocius scribitur errore librariorum.*

C. Calpurnius Piso. Marcus Acilius Glabrio Coss. Bello Piratico.

Orbis 3894. V. C. 686. A. C. 66.

Arg. MAGNVS IMP. ITER. *Caput Neptuni cum tridente.*

PRÆF. CLAS. ET ORÆ MARIT. EX SC. *Trophæum nauale.*

Pomp. Imp.

Sabinus vir Pompeio beneuolus, rogationem tulit, qua non naualis princeps creatus est, sed Imperator, potestate amplissima in homines uniuersos, omni prouocatione libera, iuxta eam legem maria omnia Gaditanum usque fretum in prouinciam illi cessere, præterea quicquid continentis, quod à littoribus quingentis abesset stadiis, quod spacium perpauca Romani Imperij loca exsuperabant. Plutarchus in Pompeio.

Neptu-

Neptunus cum tridente.

Iuppiter cui sorte cœli regnum obtigit, Neptunus cui maris, & Pluto cui inferorum, licet habeant imperia diuisa, tamen totius regni videntur habere potestatem. Nam & ipsa tria elementa physica quadam ratione iunguntur, ut & ipsorum numinum sceptra significant, Iouis enim fulmen trifidum est, Neptunus tridente utitur, Pluto triplici Cerbero. Seruius.

Classis à Cala dicta ut vult Seruius Aeneid. VI. *quod ita prisci fustem vocabant, unde & calones dicti serui illi, qui sequentes dominos ad prœlium fustes illos portabant. Nam consuetudo erat Romani militis, ut arma portaret & vallum, id dicebant calam, inde Lucilius scinde puer calam ut caleas, id est frange fustem & fac focum, hinc classem dictum volunt à lignorum multitudine.*

Arg. MAG. PIVS IMP. ITER. *Columna cum Neptuno sinistro pede nauis rostrum calcante, infra quem triremis, fuscina, & aquila.*

PRÆF. CLAS. ET ORÆ MARIT. *Triton marinis inequitans feris, aut Scyllæ typus, quæ*

Pubetenus mulier, succincta latrantibus infra
Monstrorum catulis Scylla biformis erat.

& Virgil. idem,

Candida succinctam latrantibus inguina monstris.
Prima hominis facies & pulchro pectore virgo
Pubetenus, postrema immani corpore Pristis.
Delphinum caudas utero commissa luporum.

Item Ouid. Metamorph.

Scylla secundum poëtarum fabulas filia fuit Phorci & Crateidos Nymphæ, hanc amabat Glaucus, quem & Circe diligebat, sed quoniam is in Scyllam pronior erat, irata Circe fontem in quo illa lauabatur venenis infecit, in quem cum illa descendisset, pubetenus in varias mutata est formas, inde horrens illam suam deformitatem in mare se præcipitauit. Homerus dicit hanc immortale monstrum fuisse. Salustius saxum esse in Siculo freto contra Charibdin, simile formæ celebratæ procul visentibus. Canes verò & lupi ex ea nati, ideo finguntur, quod ipsa eadem loca plena sunt monstris marinis, & saxorum asperitas collisione fluctuum ibidem canum latratus representat.

Aur. MAG. PIVS IMP. ITER. *Pompeï facies cum lituo.*

Arg. PRÆF. CLAS. ET ORÆ MARIT. EX S.C. *Vir nudus, dextro pede rostro nauis insistens, dextra ἀκροστόλιον seu amplustre tenens, fortè Neptunus, aut ipse Pompeius, certè præfecturæ marinæ typus. utrinque Amphinomus cum fratre, qui parentem utrumq; ex Aetnæ incendio illæsum efferunt. Pietatis typus est, & alludit nummus hic ad nomen Magni Pij. Vide historiam in Aetna Virgilij.*

Valer. Max. li. v. cap. IIII. Notiora sunt fratrum paria, Cleobis & Biton, Amphinomus & Anapus, illi quod ad sacra Iunonis peragenda matrem vexerunt, hi quod patrem & matrem humeris per medios ignes Aetnæ portarunt, de his Catanæis iuuenibus qui parentes ex incendio humeris asportarunt, ita Virgil.

Illis diuitiæ solæ materq; paterq;
Et merito pietas homini tutissima virtus
Erubuere pios iuuenes attingere flammæ
Et quacunq; ferunt illi vestigia cedunt.

Et Sillius.

Tum Catanæ nimium ardenti vicina Typhæo
Et glomerasse pios quondam celeberrima fratres
Amphinomus fraterq; pari sub munere fortes
Quum iam vicinis streperent incendia tectis
Accipiunt pigrumq; patrem, matremq; senilem.

Vide Epigramma Claudiani.

Aspice sudantes venerando pondere fratres, &c.

Cicer. Tus. I. Plutarchus in Solone, Solinus.

Eadem inscr. Capita Pompeij & Cn. F. cum lituo & tripode.

Terris à Mæoti ad rubrum mare subactis, cum oram maritimam à prædonibus liberasset, & Imperium maris populo Rom. restituisset.

Man. Aemilius Lepidus. L. Volcatius Tullus Coss.

Orbis 3895. V. C. 687. A. C. 65.

Arg. NEPTVNI. *Facies Pompei cum tridente & delphino.*

Q. NASIDIVS. *Nauis prætoria.*

Nasidij huius meminit Cicero Philipp. 7. & Cæsar II. de bello ciuili. L. Nasidius cum classe sedecim nauium à Cn. Pompeio, L. Domitio Massiliensibusq; subsidio missus. fortè error est librariorum, dum pro Q. L. *scribunt.*

Bello Piratico à Pompeio confecto, proximo anno ad bellum Mithridaticum delectus est, V. C. 687.

Pompeius Mithridatem vincit. V. C. 689.

Syria in prouinciam redacta. V. C. 690.

Hierosolyma à Pompeio capta 60. annis ante Christum natum. Orbis 3904. V. C. *692. & tum Iudæi primum Romanis subiecti sunt. Ioseph. li. 14. cap. 2. M. Tullio Cicerone & C. Antonio Cos.*

Piso Frugi. M. Valer. Messalla Coss.

Orbis 3904. V. C. 692. A. C. 60.

Arg. CN. MAG. IMP. *Quadrigæ triumphales.*

ROMA. *Caput Romæ, quod plerumque solet esse galeatum.*

Pompeij triumphus ex Asia, Ponto, Media, Colchide, Mesopotamia, Creta,

Cilicia, Paphlagonia, Cappadocia, Phœnicia, Arabia, Palæstina, Syria, Iudæa, Albania, Iberia, Armenia, Piratis. De Regibus Mithridate & Tigrane per biduum prid. natalis sui, Cal. Octob. Et quod nemini Romanorum hactenus obtigit, trium uniuersi orbis partium triumphum duxit. Primum ex Africa, alterum ex Europa, tertium ex Asia, anno ætatis nondum 34. aut ad summum 40. Hinc ad excidium Hierosolymæ & triumphum Vespasiani de Iudæis anni 130.

Arg. CN. MAG. IMP. *Quadrigæ triumphales.*
ROMA. *Caput galeatum cum denarii nota* ✠.

Orbis 3911. V. C. 699. A. C. 53. *L. Domit. Aheno-barbus. App. Claudius pulcher Coss.*

Æ. MAG. *Cnæi & Sexti FF. capita auersa aut Iani caput spicatum.*
PIVS IMP. *Prora nauis. Vide Sebast. Erizo fol. 778.*

Nummus iste à Pompeio percussus ad memoriam prouisionis frumentariæ, tempore annonæ quæ tum Romæ erat, quando Pompeius à Senatu electus Imp. ad prouidendam rem frumentariam seu annonam. Vide Plutarchum in vita Pompeij.

Ianum propterea bifrontem antiquitas finxit, quod & præterita sciuerit & futura prouiderit.

De Iano idem Plut. in Numa. Ianus apud vetustissimos illos siue Genius siue Rex fuerit, dicitur ferum & siluestrem cultum in urbanum ciuilemq; mutasse, proindeq; ipsum bifrontem fingunt, tanquam alteram ex altera, & formam & dispositionem reddiderit.

Pompeius in secundo Consulatu Hispanias sibi decerni uoluit, easq; per triennium absens ipse ac præsidens urbi per Afranium & Petreium consularem ac prætorium Legatos suos administrabat.

Orbis 3912. V. C. 700. A. C. 52. *Cn. Domit. Caluinus. M. Valer. Messalla. Coss.*

Æ. MAGNVS IMP. ITER. *Caput Pompeij spicatum cum gutto & acrotirio.*
PRÆF. CLAS. ET ORÆ MARITIMÆ EX SC. *Victoria insistens naui cum monstro illo quale in argenteis.*

Orbis 3913. V. C. 701. A. C. 51. *Pomp. M. cum socero Scipione. Cos. III. Goltz. 176.*

Arg. CN. MAGNVS IMP. *Caput Pompeij.*
M. MINAT. SABIN. PROQ. *Pompeius iungens dextras cum Hispaniæ figura, ut videtur, aut aliqua prouinciarum.*

C. Claud. Marcellus. L. Corn. Lentulus. Coss.

Orbis 3916. V. C. 704. A. C. 48.

Bellum ciuile cum Cæsare.

In sequente anno ex A. D. *13. Cal. Sextilis Pompeius à Cæsare ad Pharsalum victus, ad Ptolemæum Aegypti regem profugiens, eius dolo haud ita multo post, nimirum pridie Cal. Octobris in conspectu uxoris Corneliæ ad montem Cassium interfectus, & exiguæ telluris inops tumulatus, ea ipsa die qua quondam de Mithridate & Piratis triumphum duxerat, die natalis sui, in cuius triumphi pompa translata fuit ipsius Pompei imago è margaritis, non tam luxuriæ argumento, quam non obscuro omine iam caput illud orientis opibus sine reliquo corpore ostentatum. Plin. li. 37. cap. 2. Cuius res gestæ atq; virtutes ijsdem quibus solis cursus regionibus ac terminis continentur. Cic. in Catil. coniur. inuectiua* IIII. *circà finem.*

Res à Pompeio gestæ Plin. li. VII. sic describuntur.

Roma in templo Mineruæ.

Cn. Pomp. Magnus Imp. bello XXX. *annorum confecto, fusis, fugatis, occisis, in deditionem acceptis, hominum vicies semel centenis* LXXXIII. M. *depressis aut captis nauibus* DCCCLXVI. *oppidis, castellis* MDXXXVIII. *in fidem receptis, terris à Mæoti lacu ad rubrum mare subactis, votum merito Mineruæ.*

Cùm oram maritimam à prædonibus liberasset, & imperium maris populo Rom. restituisset: ex Asia, Ponto, Armenia, Paphlagonia, Cappadocia, Cilicia, Syria, Scythia, Iudæis, Albanis, Iberis, Insula Creta, Bastarnis, & super hæc de regibus Mithridate & Tigrane triumphauit. Tandem interfectus C. Iulio Cæs. II. *& P. Seru. Vacia Isaurico Coss.* V. C. 705.

Martialis.

Pompeios iuuenes Asia atq; Europa, sed ipsum
Terra tenet Libyes, si tamen ulla tenet.

POMPEI VXORES.

IVLIA.

Triennio pòst triumphũ suũ, nimirum V. C. *695. Pompeius Iuliam Cæsaris filiã uxorem ducit. Hanc ex sola Corneliæ filiã Iulius sustulerat, quã Seruilio Cæpioni desponsam Cn Pomp. Magno collocauit. Erat & forma & castitate præcellens, singulari erga maritum amore flagrans, quamobrem à Pompeio vicissim impensius colebatur. Accidit autem ut Pompeius comitialibus ludis sauciorum sanguine respersus vestem domum mutandam mitteret; qua conspecta, adeò consternata est Iulia, tum temporis uterum ferens, ut abortum fecerit. Interiecto tempore cùm iterum grauida foret, in puerperio decessit. Pompeio coniugi tumulum in Albano destinante, populus in campum Martium funus extulit, nec multo pòst filiola quam enixa erat, matris fatum secuta est. Ita gemino communis concordiæ vinculo sublato, dissensio primùm, deinde ciuile bellum inter destinatos discriminis duces exortum est.*

CORNELIA.

Altera Pompeij uxor, quæ maritum cum Sexto F. ad Pharsalum secuta, cum eo Aegyptum adnauigauit, ubi verò eum insidijs petitum & occisum vidisset, fuga sese eripuit, & postea temporis Romam proposita impunitate incolumis redijt. Diõ.

C. IV-

C. IVLIVS C. F. C. N. CAESAR.

Δύο ἐστὶ τὰ δυναστείαν περιποιοῦντα τε καὶ σώζοντα καὶ αὔξοντα, στρατιῶται καὶ χρημάτων πόροι.

NASCITVR Romæ C. Mario VI. & L. Valerio Flacco Coss. patre C. Cæsare, matre Aurelia Anno orbis 3866. V. C. 654. ante Christum natum 98. eius integram historiam vide apud Suetonium & Hub. Goltzium in Iulio. Et Dionem qui lib. 44. Inter cæteros honores ei decretos & hunc fuisse ait, pecunia eius imagine ut signaretur.

Orbis 3907. V. C. 695. A. C. 57. — *L. Calpurnius Piso. A. Gabinius Coss.*

Arg. C. CAESAR C. F. *Trophæum cum aratro & figura captiua.*
L. BVCA. *Figura in alijs stans in alijs sedens, dextra victoriolam sinistra hastam puram. Io. Sch.*

Æ. *Eadem inscr. Caput Veneris cum globo.*
IMP. ITER. *Caput Veneris. De Veneris simulachris varijs cognominibus insignitis vide Aeneam Vicum in Cæsare.*

Orbis 3910. V. C. 698. A. C. 54. — *Pompeius M. M. Licinius Crassus. Coss.*

Arg. CAESAR IMPER.
P. CLODIVS M. F. *Figura militaris stans, dextra hastam sinistra flagrum seu scuticam.* IIII. *Vir moneta cudendæ sub Iulio.*

Æ. CAESAR DIVI F. IMP. DIVI IVLI. *Duæ facies auersæ.*
C. I. V. *Colonia Iulia Valentia seu Victoria. Nauis prætoria.*
Eadem nauis prætoria cum obelisco.

Orbis 3911. V. C. 699. A. C. 53. — *L. Domitius Ahenobarbus. Ap. Claudius Pulcher Coss.*

Arg. COR. *Caput Fœmininum.*
Q. CAECIL. NIGER C. HEIO. PAL. IIVIR. *Bellerophon.*
COL. IVL. COR. *Bellerophon pegaso insidens contra Chymæram pugnans Corinthiorum insigne. Goltz in Iulio pag. 12.*

Arg.

Arg. CAESAR IMP. P. M. *Caput Iulij laureatum cum capeduncula.*
L. AEMILIVS BVCA. *Venus nuda stans dextra victoriolam sinistra hastam.*
L. BVCA. *Venus sedens in prora.*

Æ Γ. ΚΑΙΣΑΡ ΑΥΤΟΚΡΑΤΩΡ ΑΡΧΙΕΡ. ΜΕΓ. *Caput Iulij.*
ΚΟΥΙΝΤ. ΚΙΚΕΡΩ. *Reliqua desiderantur. Tria signa castrensia.*

Orbis 3912. V. C. 700. A. C. 52.

Cn. Domitius Caluinus. M. Valer. Messalla. Coss.

Aur. DIVVS IVLIVS. *Iulij effigies cum cometa.*
Arg. L. MVNATIVS PLANCVS PRAEF. VRB.
Alius cum Cometa auersa parte.
Aur. IMP. CAES. TRAIAN. AVG. GER. DAC. P. P. REST.
Victoria sinistra caduceum tenens, ad pedes serpens. Pacis typus ut in nummis Claudii, vide infra in Claudio.

Æ. ΓΑΙΟΣ ΙΟΥΛΙΟΣ ΚΑΙΣΑΡ ΑΥΤΟΚΡΑΤΩΡ ΔΟΥΚΤΑΤΩΡ.
ΘΩ. *Fig. stolata sedens dextra Victoriolam sinistra hastam.*

Orbis 3913. V. C. 701. A. C. 51.

Pompe. M. Q. Metell. Scipio Coss.

Aur. DIVI IVLI. *Caput* Iulij *laureatum. Alii* DIVO IVLIO.
L. MVSSIDIVS T. F. LONGVS IIIVIR A. A. A. F. F.
Q. VOCONIVS VITVLVS Q. DESIGN. EX S. C.
Arg. Q. VOCONIVS VITVLVS. *Vitulus.*

Seruius Sulpit. Rufus. M. Claudius Marcellus Coss.

Orbis 3914. V. C. 702. A. C. 50.

Arg. IMPER. *Guttus & Lituus in Corona laurea.*
Caput Veneris cum Ciconia vel Ibide.

L. Aemilius Paullus. C. Claudius Marcellus Coss.

Orbis 3915. V. C. 703. A. C. 49.

Arg. CAESAR IMP. *Caput Cæsaris laureatũ, cum lituo & capeduncula.*
L. LIVINEIVS REGVLVS. IIIVIR A. A. A. F. F.

Æ. ΚΑΙΣΑΡ ΑΥΤΟΚΡΑΤΩΡ.
ΑΡΧΙΕΡ. ΜΕΓ. ΙΩΝΙΣΤΗΣ. *Tripus cum duabus stellis.*

Arg. CAESAR IMP. *Iulij caput laureatum.*
P. CLODIVS M. F. *Figura militaris, dextra hastam sinistra scipionem militarem.*

Orbis 3916. V. C. 704. A. C. 48. *C. Claudius Marcellus II. L. Corn. Lentulus. Coss.*

Aur. C. CAESAR DICTATOR. *Effigies Iulij cum lituo.* *Bellum ciuile..*
Arg. L. LIVINEIVS REGVLVS. *Bos cornupeta.*

Orbis 3917. V. C. 705. A. C. 47. *Iulius Cos. II. Dict. II. P. Seruil. Vacia Isauricus. Victo ad Pharsalum Pompeio.*

Arg. C. CAESAR IMP. COS. ITER.
A. ALLIENVS PRO COS. *Figura nuda, dextra tenens Trinacriæ seu Siciliæ typum tria crura, dextro crure insistens proræ nauis.*

Hic Allienus Siciliæ proconsulatum obtinebat, quo tempore Cæsar Cos. iterum in Africam traiecit. Dion. li. 42. Cæsar de bello ciuili li. 2. Allieno prætori qui Siciliam obtinebat, de omnibus rebus præcepit, & de reliquo exercitu celeriter imponendo. Vide Ciceronem li. 13. fam: epist. ultima & penultima.

Allienum hunc Oppius in bello Africo modò prætorem modò proconsulem vocat.

Æ. Γ. ΚΑΙΣΑΡ ΑΥΤΟΚΡΑΤΩΡ ΟΥΠΑΤΟΣ Β.
ΘΕΣΣΑ
ΛΟΝΙΚ *In Corona laurea.*
ΕΩΝ

Orbis 3918. V. C. 706. A. C. 46. *Q. Fufius Calenus. P. Vatinius Coss.*

Arg. CAESAR DIC. *Caput Iulij laureatum.*
M. ANTON. IMP. R. P. C. *Effigies Antonij cum lituo.*

Lituum proprium auguratus signum fuisse Cicero 1. & 2. De diuinatione. Liuius li. 1. Gellius lib. 5. cap. 8. testantur. Fuit autem M. Antonius Tr. pl. primùm, mox Augur sub Iulio Dictatore. Plutarchus in Antonio.

Iulius at. 52. primus Monarcha & Imp. Rom. imperauit annis tribus cum dimidio.

Discordia in ciuitate exorta, cùm optimates Pompeio inhærerent, populus Cæsarem cum exercitu aduocaret, C. Curio Antonij amicus ex mutatione Cæsari fauens potentia quam dicendo comparauerat, magnis præterea largitionibus quas Cæsar subministrabat, Tribunum plebis creauit Antonium, pòst etiam inter Augures cooptauit. Is autem simul atque magistratum inijt, non parum iuuit Cæsaris partes. Idem, postea. Cùm Antonius in urbe remansisset, essetque augur, in locum prioris Cæsaris iunioris gratia constitutus.

Deuicto ad Pharsalum hoc anno Pompeio, Cæsar Tr. pot. cum annua Dictatura in perpetuum accepit.

Iulius Cos. III. Dict. iterum & III. M. Aemilius Lepidus.

Orbis 3919. V. C. 707. A. C. 45.

Arg. DICT. ITER. COS. TERT. *Veneris aut Clementiæ caput.*
AVGVR PONT. MAX. *Vasa pontificalia, capeduncula,*

 asper-

aspergillum, guttus, lituus. Gutto oleo instillando; simpullo (quod alij simpulum, Iuuenalis simpullum vocat: Simpullum ridere Numæ, nigrumq; catinum.) vino libando veteres utebantur in sacrificijs, aspergillo aqua pura se lustrabant. Virgil. 6. Aeneid. Est autem Cæsar Pontifex Max. factus admodum iuuenis, repulso etiam Metello viro clarissimo. In Augurum quoq; collegio fuisse ostendit Cicero li. epist. 13. epist. 68. & Philipp. 2. Dion li. 42.

Scipione & Iuba debellatis. Africa recepta.

Aur. C. CAESAR COS. TERT. *Caput Iulij velatum.*
A. HIRTIVS P. R. *Lituus, Vrceolus, & Securis.*

Sacrificantes omnibus Dijs soliti erant olim caput velare, ne se inter religionem vagis aliquid offerret obtutibus, quo impedirentur hoc agere quod agebant, Plautus Curcul. actu III. *Scena* I. *Quis hic est qui operto capite Aesculapium salutat. & Virgil. 3. Aen.*

Et positis aris iam vota in littore solues
Purpureo velare comas adopertus amictu
Ne qua inter sanctos ignes in honore Deorum
Hostilis facies occurrat & omina turbet
Hunc socij morem sacrorum hunc ipse teneto
Hac casti maneant in relligione nepotes.

Æ. CAESAR DICT. TERT. *Victoriæ caput alatum.*
C. CLOVI PRAEF. *Figura galeata dextra spolia, sinistra clypeum cum serpente.*

Aur. C. IVLIVS CAES. IMP. COS. III. *Caput.*
IMP. CAES. TRAIAN. AVG. GER. DAC. P. P. REST.
Mulier seminuda hastata stans cum galea & clypeo.

Æ. Γ. ΙΟΥΛΙΟΣ ΚΑΙΣΑΡ ΟΥΠΑΤΟΣ ΤΡΙΤΟΝ. *Caput Cæsaris cum lituo.*
ΠΟΥΒΛΙΟΣ ΣΟΥΛΠΙΚΙΟΣ ΡΟΥΦΟΣ. *Duæ figuræ armatæ stantes in prora nauis.*

Γ. ΙΟΥΛΙΟΥ ΑΥΤΟΚΡΑΤΩΡΟΣ ΔΟΥΚΤΑΤΩΡΟΣ LΓ
ΙΛΙΩΝ ΒΙΣ ΝΕΩΚΟΡΩΝ *Aeneas gestans Anchisen & Palladium.*

Cæs. Dict. III. *Coss.* III. *Imp.* IIII.

Aur. C. CAESAR DIC. TERT. *Caput victoriæ.*
L. PLANC. PRÆF. VRB. *Vasculum quoddam oblongum & exile.*

Arg. L. REGVLVS PRÆF. VRB. *Vide Torrentiũ in Sueton. 72.*

Arg.

Arg. CAESAR P. M. DIC. TER. *Caput Iulij velatum cum lituo.* *IIII. Triūphi Cæsaris.*
M. LEPIDVS IMP. *Effigies Lepidi barbata.*

Arg. CAESAR IMPER. *Lituus & capeduncula, in alijs ſtella quod eſt ſidus Veneris.*

P. SEPVLLIVS MACER. *Figura ſtolata ſtans, dextra victoriolam tenens, ſiniſtra haſtam puram, in alijs haſta militaris. Hæc verò Venerem victricem deſignat, quod in prœlio Pharſalico Cæſaris ſymbolum fuit ſiue teſſera militaris, quod & ſignum dicebatur, Græcis* σύνθημα, *ut Mario ſignum fuit Lar Deus. Sullæ Apollo Delphicus.*

M. METTIVS. *Figura ſtans, iuxta pedem habens globum, ſiniſtro cubito innititur clypeo, ſiniſtra tenens haſtam, dextra victoriolam, nota* B, *alius* H, *alius I.*

Arg. CAESAR IMP. P. M. *Caput Cæſaris laureatum.*
L. AEMILIVS BVCA. *Figura ſtolata ſtans, dextra victoriolam, ſiniſtra haſtam puram.*

CAESAR. *Trophæum de barbaris cum duobus captiuis. In hoc trophæo quæ ſub ſcutis ſunt inſtrumenta litui erant militares, ut vult Piſo, quæ eadem & buccinæ dicuntur, illud fortaſſe Aeneid. 6. ſecutus:* *I. De Gallis & Germanis triūph. Goltz. pag. 9. nūmo 1. & 3.*

Miſenum Aeolidem quo non præſtantior alter,
Aere ciere viros Martemq; accendere cantu.

Caput Veneris cum Cupidine à tergo.
Caput Veneris cum lituo.
Idem caput hac nota IIT.

CAESAR. *Aliud trophæum de barbaris, diuerſum à ſuperiore.*
Idem caput ut nummo ſuperiore.

CAESAR. *Barbarus hirto capillitio, ſedens ſub trophæo manibus reuinctis.*
Caput deæ Clementiæ hac nota IIT.

CAESAR. *Aeneas geſtans Anchiſem patrem, & Palladium. de quo vide Dionyſ. Halicarnaſſ. li. 1.*
Caput Veneris aut Clementiæ.

De Aenea geſtante Anchiſem ex incendio Troiano, vide Virgil. 2. Aeneid.

Tu genitor cape ſacra manu patrioſq; Penates:
Me bello è tanto digreſſum & cæde recenti
Attrectare nefas, donec me flumine viuo
Abluero, &c,

CAESAR. *Elephas. Cum dracone.*
Signa pontificalia. Capeduncula, Aſpergillum, Securis, Albogalerus.

Elephas consecrationis typus seu symbolum est. Sueton. in Claudio. Anguis seu draco hoc loco in hoc nummo Elephanto subiectus est; qui, auctore Plutarcho in Cleomene, heroibus sacer est, (nam è tumulo heroum prodiisse fertur,) unde quidam arbitrantur Diuo Iulio Cæsari consecrato, & in Deos relato, tributa hæc esse ab Augusto, qui in patris demortui honorem, hunc nummum percussisse putatur. Vide Carolum Sigonium in lib. Emendationum, qui Robertellum malè hunc nũmum explicantem redarguit.

Æ Γ. ΚΑΙΣΑΡ ΑΥΤΟΚ. ΑΡΧΙΕΡ. ΜΕΓ. *Caput Iulij laureatum.*
ΑΛΕΞΑΝΔΡΕΩΝ ΚΟΙΝΟΝ. *Victoria insistens triremi prætoriæ cum signo militari aquila.*

II. *Bello Alexandrino. De Aegypto.*

Aur. *Caput Iulii cum lituo sine inscript.*
AEGYPTO CAPTA. *Crocodilus. De Crocodilo vide Ammianum Marcellinum li. 22.*

Dict. III. *Coss.* III.

Arg. DIVVS IVLIVS *Caput Iulii laureatum.*
S. P. Q. R. *Elephas. Quia spectaculum Elephantorum in arena exhibuit. Plin. li. 8. cap. 7. Cæsar Dictator simile spectaculum (nimirum Elephantorum) editurus, Euripis arenam circumdedit.*

Aur. DIVOS IVLIVS DIVI F. *Duæ facies aduersæ.*
Arg. AEGYPTO CAPTA. *ut superior.*

III. *Ex Asia & Pharnace.*

Arg. CAESAR IMP. IIII. *Quadrigæ triumph.*
L. AEMILIVS BVCA DIC. III. *Figura stolata stans ad signum militare & securim.*

Æ. Γ. ΙΟΥΛΙΟΣ ΚΑΙΣΑΡ ΟΥΠΑΤΟΣ ΤΡΙΤΟΝ. *Effig. Iulii cum lituo.*
ΠΟΥΒΛΙΟΣ ΣΟΥΛΠΙΚΙΟΣ ΡΟΥΦΟΣ. *Duæ fig. armatæ, stantes in prora nauis.*

Arg. DIVI IVLI. *Iulius laureatus cum lituo. Alius* DIVO IVLIO.

IIII. *Ex Africa & Rege Iuba.*

Æ. LΓ. S. C. *Quadrigæ Elephantorum. Nummus hic à Cæsare percussus videtur deuicto Iuba & Scipione, cùm ludos illos celeberrimos faceret ob hanc victoriam, ut Plutarchus in Cæsare, & Dion li. 43. quos anno insequente repetiuit, ut ex 3. Ouidii Fastorum constat. Confecto enim bello Pontico, reuersus Romam, iterum Cos. & Dictator in Africam expeditionem fecit; eaq́ sub potestatem redacta, Romam venit, aduecto magno numero frumenti, & ludos hosce fecit: ob quam rem inter ceteros honores Dictatura in decennium honoratus est à* S. P. Q. R. *Fuit autem hoc ipso anno Cos.* III. *cum M. Lepido, eodemq́ anno Dictator iterum, ut hic nummus apertè, & tabulæ Capitol. cum Eutropio testantur. Obseruandum hoc loco, quòd ubicunq́ est* S. C. *in sequentibus nummis expressum,*

omnia

omnia illa numismata esse ærea, etiamsi hæc nota Æ non sit adscripta, paucis quibusdam demptis aureis & argenteis, qui suas habebunt notas Aur. & Arg.

CAESAR IMP. IIII.

VENERI VICTRICI VOTA. *Templum sex columnarum, in medio Venus, dextra icunculam tenens, ex libris Alb. principis Bauariæ.*

Arg. *Caput Pietatis cum ciconia, sine alia inscriptione.*
IMPER. *Lituus & urceolus ministratorius, in corona laurea.*

Aur. S. C. *Caput Iulii laureatum.*
TI. SEMPRONIVS GRACCVS Q. DES. *Alius addit* S. C.

Hoc anno Africa recepta, Scipione & Iuba Rege debellatis, C. Iulius C. F. C. N. *Cæsar Dictator in decennium & præfectus moribus, censoria potestate in triennium creatus est.*

Annus emendatur à Iulio, fuit enim hic annus mensiũ ferè XV. *aut dierũ 445.*

Orbis 3920. V. C. 708. A. C. 44.

Cos. IIII. Dictator IIII. sine conlega Dictaturæ honore contẽtus Cos. abdicauit.

Aur. CAESAR IMP. QVART. *Iulii laureati effigies cum lituo.*
AVGVR. PONT. MAX.
COS. QVAR. DIC. *In medio nummo.*
QVAR.
Arg. L. PLANCVS PRAEF. VRBIS. *Guttus.*

Dictaturæ honore contentus, Consulatu abdicauit. Suffecti autem siue Honorarii Cos. primum creari cœpti anno à primis Coss. 464.

Imp. V. Suffecti.

Q. Fabius Maximus. C. Trebonius Asper Coss.

Arg. CAESAR. *Trophæum & corona ciuica.*
Imago Pietatis aut Clementiæ cum simpullo & his notis IIT.

CAESAR AVGVR PONT. MAX. *Cæsar laureatus cum Albogalero.*
P. CLODIVS M. F. P. R. *Capedo, Securis, Guttus, Lituus, Patera.*

CAESAR AVGVR IMP. QVINT. COS. QVART. *Caput Iulii velatum cum lituo.*
DIC. QVART. PARENS PATRIAE. *Tripus cum corona, capeduncula, securi, lituo.*

Fabio Cos. extremo magistratus die mortuo, in residuas horas Caninium Rebilum Cæsar substituit. Dion.

CAESAR DICT. QVART. *Iulii caput laureatum.*

IOV. OPT. MAX. SACR. *Taurus stans coram ara accensa cum secespita. Erat autem secespitæ usus in sacris tantum, ac nisi talis sit qualem egregiè Festus describit, nomen perdit. Secespitam autem alii securim, alij dolabrum æneũ alij cultellum putant, item cultrum ferreum oblongum, manubrio eburneo rotundo, solido, iuncto ad capulum auro argentoq; fixum, clauis æneis, ære Cyprio, quo Flamines, Flaminicæ virgines pontificesq; ad sacrificia utebantur, dicta autem secespita à secando. Festus Pompeius & Alexander ab Alexandro li. genialium 4. cap. 17.*

Parens patriæ. Dict. perp.

Aur. C. CAESAR PARENS PATRIAE EX S. C. *Templum.*

L. BVCA CLEMENTIA. *Caput Deæ clementiæ.*

Ad Cæsaris Clementiam alludit Virgil. VI. *Aeneidos.*

Tuq; prior tu parce genus qui ducis Olympo,
Proijce tela manu sanguis meus.

Plin. li. 7. cap. 25. Cæsari proprium & peculiare sit præter supradicta Clementiæ insigne, quo usq; ad pœnitentiam omnes superauit.

Iulii laureati imago sine inscript.

Aur. CAES. AVG. PONT. MAX. COS. V. DICT. PERP. *Lituus, patera, capeduncula.*

Arg. CAESAR PARENS PATRIAE. *Caput tutulatum cum lituo & Albogalero.*

C. COSSVTIVS MARIDIANVS AAAFF.

Dion auctor est IIIviros *monetales ante & circa Augusti tempora fuisse constitutos: quod ex illo & aliis Augusti nummis constat. nam & Cicero meminit ad Trebatium lib. 7. epist. famil. epist. 13. Treuiros vites censeo, audio capitales esse; mallem auro, argento, ære essent. sed aliàs iocabimur. In ambiguo ponit Treuirorum nomen, qui Galliæ populi capitales & bellicosi sunt. deinde etiam quòd* IIIviri *monetales Romæ essent, mallem, inquit,* IIIviri AAA. *essent; videlicet pecuniosi quàm bellicosi, ut Cæsare eos vincente, tu ditesceres. vide scholia Pauli Manutij, & P. Bembi epistolam ad Bernardinum Sandrum.*

ἱερὸς καὶ ἄσυλος.

Hoc anno victo ad Mundam S. Pompeio, Hispania recepta, ob omnia bella ciuilia confecta, & singularem in ciues clementiam, Liberator, Parens patriæ, & Dictator perpetuus appellatus est, & Imp. prænomen accepit.

C. Iulius V. *M. Anton. Coss.*

Orbis 3921. V. C. 709. A. C. 43.

Arg. CAESAR AVGVR IMP. SEXT. COS. QVINT. *Cæs. imago.*

PONT. MAX. DICT. PERP. *Duæ sellæ curules coronatæ cum duabus securibus.*

CAE-

CAESAR IMP. SEX. *Bigæ aurigante Victoria.*
DICT. QVART. *Caput Veneris. alius addit* EX S. C.

Arg. CAESAR DICT. ԀƎꓘꓒƎꓕⱯO. *sic inuersis litteris.*
L. BVCA. *Duæ dexteræ, Globus, Caduceus, Securis. Vide Goltziū.*

Æ. Γ. ΙΟΥΛΙΟΣ ΚΑΙΣΑΡ ΘΕΟΣ. *Caput Iulij radiatum & diadematū. Cæsar diuus cum Corona radiata quæ Deorum erat propria, addita fascia quæ Regum erat, vel regium insigne. Vide Goltzium in Iulio, nūmo penultimo.*

Imp. VI.
Cos. V.
Dict. perp.
Ouans ex monte Albano.

Aur. C. CAESAR DICT. PERPETVO.
EX S. C. *Imp. sedens, cui Victoria sertum imponit, dextra ramum lauri.*

CAESAR COS. QVINT. DICT. PERP. *Caput Iulij laureatum cum lituo.*
A. M. METTIVS. *Venus nuda, dextra victoriolam siue hastam.*

Arg. CLEMENTIAE CAESARIS. *Templum.*
P. SEPVLLIVS MACER. *Duo equi decurrentes cum sessore & palma à tergo.*

C. CAESAR COS. QVINT. IMP. SEX. DIC. PERP. *Duæ sellæ curules coronatæ.*
Effigies Iulii cum capeduncula & lituo sine inscriptione.

Arg. CAES. DICT. PERPETVO. *Imago Cæsaris capite velato, alii laureato.*
P. SEPVLLIVS MACER. *Figura stolata stans, sinistra hastile & scutum tenens, dextra victoriolam.*

VALENTIA. *Duo cornuacopiæ cum instrumento militari.*
Plutarchus in Cæsare: Hoc ultimum (nempe Africanum) à Cæsare gestum est bellum, de quo cùm triumphum ageret, dolore permaximo Romanum afflixit pop. in eius tamen fortunam proni ciues cùm accepto iam freno aliquam intestinis malis respirationem ex unius principatu adhiberi posse crederent, eum perpetuò DICTATOREM *designauere: ea verò confessa erat dominatio, cùm perpetuitatem ipsa regni vindicasset impunitas atq; licentia.*

Aur. L. BVCA. *Caduceus, securis, fasces, dexteræ iunctæ, globus.*
Arg. *Alius. Figura in quibusdam nummis stans, in aliis sedens, dextra*
Æ *victoriolam, sinistra hastam puram per transuersum.*
Alius. Venus cum cupidine & lituo.

Arg.

Arg. GERMAN. INDVTI IIII. *Fluuii cuiusdam typus ad proram nauis.*
Eadem inscript. Taurus. Auersa caput Ven. sine inscript. Vide Goltz.

Arg. *Caput Iulij laureatum sine inscriptione.*
L. FLAMINIVS IIIIVIR. *Figura muliebris, dextera caduceũ, sinistra hastam puram.*

CAES. AVG. PONT. MAX. COS. V. DIC. PERP. *Lituus, patera, & capeduncula in corona oleaginea.*
Q. VOCONIVS VITVLVS Q. DESIG. EX S. C.

Arg. L. BVCA. *Caput Veneris Genitricis.*
Anchisem circa Idam montem Venus congressura accedit.

Arg. S. C. *Cæsaris laureati effigies.*
TI. SEMPRONIVS GRACCVS Q. DESIG. *Signum cohortis siue vexillum, aquila legionaria, aratrum, decempeda. alius addit* S. C.

Eadem inscript. & EX S. C. C. CAESAR IMP. *Colonia deducta.*
Ead. inscript. Colonus cum aratro, tauro & vacca.

Arg. *Caput Iulii laureatum, sine inscriptione.*
L. MVSSIDIVS LONGVS. *Temo, globus, cornucopiæ, caduceus, & albogalerus.*

CAESAR DICT. PERP. *Caput Veneris.*
TI. SEMPRON. GRACCVS Q. DES. ITER. COL. CASSILIN.

Arg. CONCORDIA. *Caput Concordiæ velatum.*
L. MVSSIDIVS LONGVS CLOACIN. *Duæ figuræ stantes in substructione rotunda, sortes ex urnis educentes.*
Eadem inscriptio. Duæ dexteræ iunctæ cum caduceo.
L. MVSSIDIVS T. F. LONGVS IIIIVIR AAAFF.

Arg, *Caput Victoriæ alatum cum serto in capite; sine inscriptione.*
L. MVSSIDIVS LONGVS. *Bigæ aurigante Victoria.*
Eadem inscriptio Temon cum reliquis ut supra.

Æ. DIVOS IVLIVS. *Caput Iulii.*
CAESAR DIVI F. *Caput Augusti.*

Aur

Aur. DIVOS IVLIVS DIVI F.
Arg. M. AGRIPPA. L. F. COS. DES. *In medio nummo.*

DIVO IVLIO. *Iulii effig. laureata cum cometa.*
P. LENTVLVS MARCELLIN. AED. CVR. *Templum.*
P. SEPVLLIVS MACER. *Venus stans, dextra Victoriolam, sinistra hastam cum scuto.*
Fig. sedens, dextra cornucop. sinistra victoriolam.

Hoc anno Idibus Martij Cæsar à Bruto, Cassio, & coniuratis in Curia Pompeij 23. vulneribus conficitur. Aetatis anno 56. die 15. Martij, a morte Alexandri M. anno 280.

VXORES IVLII.

COSSVTIA.

Locuples admodum sed è familia equestri, prætextato etiamnum desponsata, quam L. patre amisso, XVII. *annos natus per renunciationem in sponsalibus dimisit.*

CORNELIA.

Cinnæ quater Consulis filia, ex hac IVLIAM *filiam suscepit, Pompeio postea desponsatam, hanc Cæsar mirum in modũ amauit, utq; eam repudiaret, nulla re à Sulla Dictatore persuaderi aut compelli potuit, mortuam pro rostris laudauit oratione cultissima, magnam inde popularem beneuolentiam assecutus. Eius etiam fratrem L. Cinnam, qui in ciuili discordia Lepidum secutus exulauerat, reduxit.*

POMPEIA.

Q. Pompeij F. L. Sullæ neptis, quam in locum Corneliæ ductam, ob P. Clodium muliebri habitu in sacris bonæ Deæ ab Aurelia matre nocturno tempore deprehensum, qui deperisse eam ferebatur atq; adulterasse, repudiauit. Vide Dionem.

CALPVRNIA.

L. Pisonis F. Hæc multum Cæsarem amauit, plurimumq; eo die quo in Senatu occisus est, somnio territa (nam maritum in gremio suo confodi somniabat) hortari cœpit, ne Curiam ingrederetur. Post Cæsarem occisum ad ædes M. Antonij se contulit, cum pulcherrimam orationem pro rostris de laudibus Cæsaris habuisset, pecuniam à Cæsare relictam transtulit & penes eum deposuit.

CLEOPATRA.

Aegypti Regina à Photino regno eiecta, Cæsarem ad se amandum allexit, qui splendore formæ & quadam sermonis gratia victus, eam non nisi maximis honoribus præmijsq; auxit, atq; ita fratri reconciliauit, ut pariter regni gubernacula teneret.

neret. Mox M. Antonium quoque Imperium Aegypti occupantem, obsequio corporis deuinxit, Bello Actiaco ab Augusto Cæsare victa, Alexandriam confugit cum M. Antonio, qui se ibidem interfecit, Cleopatra viua capta, ne in Rom. manus perueniret, aut in triumpho duceretur, seipsam admoto brachio aspide interfecit, æt. anno 39. De qua Plutarchus in Antonio. Fuit ipsa libidinis incontinentiss. fœmina, sed quæ blandiloquentia & suauitate morum facilè sibì quorumuis gratiam conciliarit, linguarum præterea variarum notitiam habuit, ut quæ Aethiopib. Hebræis, Arabibus, Syris, Medis, Parthis, per se responsa daret, τὴν γλῶτταν ὥσπερ ὄργανόν τι πολύχορδον εὐπετῶς τρέπουσα καθ' ἣν βούλοιτο διάλεκτον. *Eius nummos vide in M. Antonio.*

EVNOE.

Maura, Bogudis Mauritaniæ Regis uxor, à Cæsare multum adamata, multisque ab eo beneficijs affecta. Huius vir Bogud Mauritaniæ Rex, bello Africo enixè iuuit partes Cæsaris. Turnebus lib. III. *c.* XXII. *Eunen scribendum existimat.*

C. IVLII CAESARIS PERCVSSORES ET CONIVRATI.

Aur. BRVT. IMP. L. PLAET. CEST. *Caput Bruti.*
Arg. EID. MAR. *Pileus Libertatis cum duobus pugionibus.*
Brutus numismati quod tum faciebat, suam imaginem cum pileo ac duobus pugionibus incidit, eo & inscriptione declarans, patriam à se & Cassio esse in libertatem vindicatam. Dion.

Aur. BRVTVS. *Cos. cum tribus lictoribus.*
Arg. LIBERTAS. *Caput Libertatis. alius* PIETAS.

Aur. BRVT. IMP. *Securis, Capeduncula. Alius trophæum.*
Arg. C. CASSI. IMP. LEIBERTAS. *Caput Libertatis.*
L. PLAET. CEST. *Caput velatum.*
LENTVLVS SPINT. *Guttus & Lituus.*
Arg. COSTA LEG. *Caput Libertatis.*

Aur. C. CASSI IMP. LEIBERTAS. *Caput Libertatis.*
Arg. LENTVLVS SPINT. *ut superior.*

M. SERVILIVS LEG. *Pagurus. Alius vitem.*
Arg. C. CASSI. IMP. *Caput Libertatis.*
Aur. Q. CAEPIO BRVTVS PROCOS. *Instrumentum musicũ, cum pugione & lauri ramo.*
LEIBERTAS. *ut superior.*
ALBINVS BRVTI F. *Duæ dexteræ iunctæ cum caduceo.*

Aur.

Aur. A. POSTVMIVS COS. *Caput virile. Alius duæ dexteræ iunctæ (cum caduceo.*
ALBINVS BRVTI F. *In corona spicea.*
LIBERTAS. *Caput Libertatis. alius* PIETAS.

alius Caput Panis.

Arg. C. PANSA C. F. C. N. *Victoria coronans Romam sedentem.*
LIBERTATIS. *Caput Libertatis.*
ALBINVS BRVTI F. *ut superior. dexteræ iunctæ.*

Aur. BRVTVS IMP. *Caduceus, Globus, Temon.*
Caput galeatum sine inscript.

Arg. BRVTVS IMP. *Victoria insistens proræ, dextra sertum, sin. palmã.*
CASCA LONGVS. *Forte Neptuni cum tridente.*

Arg. C. CASSI ROMA *Quadrigæ aurigante Libertate cum pileo.*
Caput galeatum cum nota denarij X *& pileo Libert.*
Q. CAEP. BRVTVS IMP.

Aur. Q. CAEP. BRVTVS IMP. *Victoria coronans trophæum.*
Arg. C. FLAV. HEMIS. LEG. PROPR. *Caput Libertat.*

Aur. Q. CAEPIO BRVTVS PROCOS. *Tripus cum securi & caped.*
Arg. L. SESTI PRO Q. *Caput velatum.*

Aur. C. CASSI IMP. *Caput muliebre.*
M. SERVILIVS LEG. *Ramus.*
Eadem inscriptio cum eodem ramo & gambaro.

Seneca li. 3. de ira. Nemo unquam victoria liberalius usus est quàm Diuus Iulius, & tamen eum plures amici occiderunt quàm inimici, inter eos Cimber Tullius acerrimus paulò ante partium eius defensor, C. & Lucius Cassij, P. Seruilius Casca Longus seu Longinus. C. Seruilius Brutus Hi tamen ab Octauiano victi ijsdem pugionibus, quibus Cæsarem interfecerunt, sibi mortem consciuere. Plin. li. 1. cap. 31. nat. hist.

M. AIMILIVS M. F. Q. N. LEPIDVS.

Τὰ πλείω τῶν πραγμάτων τῆς δικαιαρχίας
μᾶλλον ἢ τῇ ῥώμῃ κατορθοῦται.

POST diuersa bella inter se gesta, M. Antonium nimirum, Lepidum & Augustum, Lepido in triumuiratu cessit Iberia & Libya: decretumq; est Lepidum in futurum Consulatum gerere; & ob ingruentes necessitates in Vrbe moram agere, primus proscripsit P. Lepidum fratrem. Ei cùm per diuisionem Imperij Africa permissa esset, Cæsar ob negligentiam & insolentiam priuatum Imperatoris loco, relicto ei tantùm Pontificatu maximo, Romam misit, ubi ille qui Imperium tenuerat, ex triumuiris quondam unus ingloriam vitam egit.

Lepidi ex Hispania citeriore triũphus.

Orbis 3918. V. C. 706. A. C. 46.

Arg. M. AIMIL. M. F. Q. N. PROPR. *Quadriga triumph.*
LEPIDVS. *Caput Romæ cum nota denarij X.*

Aur. M. LEPIDVS IIIVIR R. P. C. *Lepidi imago.*
Arg. L. MVSSIDIVS T. F. LONGVS IIIIVIR A. P. F. *Figura milit. stans, dextra hastam.*

Orbis 3919. V. C. 707. A. C. 45.

Aur. M. LEPIDVS AIMILIA REF. S. C. *Via Aemilia. aut porticus.*
Arg. *Caput Veneris aut Clementiæ velatum sine inscriptione.*
Arg. M. AIMILI. M. F. Q. N. LEPIDVS PRAEF. VRB. *Clypeus.*
ROMA. *Caput Romæ.*

Aur. M. LEPIDVS IIIVIR R. P. C.
Arg. L. MVSSIDIVS T. F. LONGVS IIIIVIR A. P. F. *Figura militaris nuda, dextra scipionem.*

Orbis 3920. V. C. 708. A. C. 44.

Arg. M. LEPIDVS IMPER. *Lepidi facies.*
S. C. *Imp. Lepidus eques habitu pacificatoris.*
CAESAR P. M. DICT. TER. *Caput Cæsaris velatum cum lituo.*

Triũphus ex Hispania.

Orbis 3921. V. C. 709. A. C. 43.

Arg. M. LEPIDVS M. MARCELL. AED. CVR. *Templum, in cuius medio statua.*
EX S. C. *Dianæ caput cum arcu & pharetra.*

Aur.

Aur. M. LEPIDVS PONT. MAX. IIIVIR R. P. C. *Lepidi facies.*

Arg. L. MVSSIDIVS T. F. LONGVS IIIIVIR A. P. F. *Duæ dexteræ iunctæ cum caduceo in medio. Goltzius in Augusto 185. Cæsare dictatore rerum potito, & minorum magistratuum Romæ aucto numero, è triumphiris monetalibus quatuoruiri facti, ad secundum usq; triumuiratus* R. P. C. *quinquennium signandæ monetæ præfuerunt. Vide Vrsinum in præfat. fam. Rō. Mercurius aliquando dum per Arcadiam iret, duos reperit serpentes animosè adeò inter se pugnantes, ut inuicem sibi implicarentur, quas ut dirimeret, baculum, quem forte gestabat, inter utrunq; posuit, itáq; concordes illos reddidit, in cuius rei memoriam baculum eundem serpentibus adornatum, qui caduceus est dictus postea gestauit, & is deinceps ab alijs in pacis & concordiæ symbolum assumptus est. Huc fortassis alludit etiam in Claudij nummo Pax Augusta, quæ Caduceo hoc & serpentem alium in spiras sinuatum attingit.*

L. REGVLVS IIIIVIR A. P. F. *Figura stolata stans, dextra capedunculam, sinistra hastam puram.*

Arg. M. LEPIDVS M. MARCEL. AED. CVR. *Templum in cuius medio Diana.*
EX S. C. *Diana cum arcu & pharetra.*

Arg. M. LEPID. IMP. ITER. PROCOS. *Quadrigæ triumphales.*
IIIVIR. R. P. C. *Victoria insistens proræ nauis, dextra coronam, sinistra palmam.*

Arg. LEPID. IMPER. *Duæ dexteræ iunctæ cum caduceo.*
P. SEPVLLIVS MACER CONCORDIA.
Caput Concordiæ velatum. hæc eadem inscriptio habet
CAESAR. LEPI. ANT. IIIVIRI R. P. C. *ut superior.*

Arg. LEP. *alius* LEPID. IMP. *4. signa pontificalia.*
ANT. IMP. *Guttus & Gallus gallinaceus.*

Aur. LEPI. *Cornucop. in corona oleaginea, aut laurea.*
Arg. CABE. *Caput fœmininum. Goltzius in Lep. fol. 33.*
Aur. P. M. IIIVIR ITER. R. P. C. *4. spicæ pulcherrimæ.*

Aur. M. LEPIDVS PONT. MAX. TVTOR REG. S. C. *alius* EX S. C.
Arg. ALEXANDREA. *Caput turritum.*

Aur. LEPIDVS IMP. P. M. CAESAR IMP. PONT. *Capeduncula, Aspergillum, Securis, Albogalerus.*
ANTON. IMP. AVGVR. *Lituus, Guttus, Gallus.*

Arg. LEPIDVS IMP. *ut superior.*
ANT. IMP. *Guttus & Gallus.*

Æ. ΜΑΡΚΟΣ ΛΕΠΙΔΟΣ ΤΡΙΩΝ ΑΝΔΡΩΝ. *Caput Iouis Hammonis.*
ΑΥΤΟΚΡΑΤΩΡ ΑΡΧΙΕΡ. ΜΕΓΑΣ.
Sella coronata cum duabus securibus.

Æ. Μ. ΛΕΠΙΔΟΣ ΑΥΤΟΚΡΑΤΩΡ ΤΡΙΩΝ ΑΝΔΡΩΝ.
ΚΟΙΝΟΝΙΑ ΑΛΕΞΑΝΔΡΙΝΩΝ. *Caput turritum.*

Æ. Μ. ΛΕΠΙΔΟΣ ΑΡΧΙΕΡΕΥΣ ΜΕΓΑΣ. *Caput Lepidi galeatum.*
ΤΡΙΩΝ ΑΝΔΡΩΝ. *Nauis prætoria.*

Cos. II. bello Philippensi cũ Bruto & Cassio coniuratis.

Orbis 3922. V. C. 710. A. C. 42.

Arg. LEPIDVS IMP. PONT. MAX. IIIVIR R. P. C. *Galeatus.*
EX S. C. *Tria signa militaria.*

LEPIDVS IMP. P. M. CAESAR IMP. PONT. *4. signa pontific.*
ANTON. IMP. AVGVR. *Lituus, Guttus, Gallus.*

Arg. M. LEPIDVS PONT. MAX. IMP. ITER. *Caput Lepidi velatum cum lituo.*
COS. ITER. IIIVIR R. P. C. *Duæ sellæ cum fulmine.*

Aur. M. LEPIDVS PONT. MAX. IIIVIR R. P. C. COS. ITER. *Lepidi effigies cum lituo.*

Arg. C. VIBIVS VARVS. *Figura stolata, stans, dextra victoriolã, sinistra cornucopiæ. alius sinistra victoriolam, dextra pilum.*

Ferunt, Ammonem Libyæ Regem uxorem cepisse Rheam Vrani filiam, Saturni aliorumq; Titanum sororem, qui regnum perambulans iuxta Ceraunios montes, conspectam à se virginem forma pulcherrimam Amaltheam nomine adamauit, filiumq; ex ea genuit, specie ac robore corporis insignem Bacchum. Amaltheam verò propinquæ oræ præfecit, Iouis cornu persimili, ex quo occiduum cornu sit nominata, & quoniam ea regio esset vineis, cæterisq; frugiferis arboribus referta, à muliere autem regeretur, Amaltheæ cornu eam dixêre, propterea & posteri optimam copiosissimamq; fructibus regionem, ab ea similitudine Amaltheæ cornu appellarunt. Diodorus li. 3. Legimus etiam Herculem donasse Aetolis copiæ cornu, propter coercitum fluminis Acheloi cornu, quare regionem illam antea sterilem fertilissimam reddidit, cornu nimirum laborum duriciem significauêre, frugibus feracitatem.

Aur.

Aur. *Eadem inscript. cum Lepidi imagi. sine inscript.*
Facie barbata, pelle Leonina, & claua Herculis.
C. VIBIVS VARVS. IIIIVIR A. P. F. *Fig. galeata stans, dextra hastam, sinistra victoriolam.*

Arg. M. LEPIDVS IMP. ITER. PROCOS. *Quadriga triumphales.* *Procos. ex Hispania triumphat.*
IIIVIR R. P. C. *Victoria insistens proræ nauis.*

Orbis 3923. V. C. 711. A. C. 41.

Arg. LEPIDVS IMP. PONT. MAX. IIIVIR R. P. C. *Caput galeatum.*
EX S. C. *Tria signa militaria, aquila in medio cum trophæo.*

Orbis 3924. V. C. 712. A. C. 40.

Arg. M. LEPIDVS IMP. ITER. PONT. MAX. IIIVIR R. P. C. *Cũ lituo.*
SALVS PROVINCIARVM AFRICAE. S. C. *Figura equestris habitu Pacificatoris.*
P. SEPVLLIVS MACER. *ut infra.*

Aur. SAL. GENERIS HVMANI. *Duæ dexteræ iunctæ cum caduceo.*
EX S. C. *Lituus, capedo, tripus cum serpente.* *Relig. 235.*

Orbis 3925. V. C. 713. A. C. 39.

M. LEPIDVS IIIVIR R. P. C.
L. MVSSIDIVS T. F. LONGVS IIIIVIR A. P. F.
Miles stans, dextra hastam puram, sinistra flagrum.

Orbis 3926. V. C. 714. A. C. 38.

Arg. M. LEPIDVS PONT. MAX. IIIVIR R. P. C. *Signa pontificalia.*
Lepidi imago sine inscriptione.

Æ. M. LEPIDVS IMP. ITER. *Caput oleaginea corona circundatum.*
EX S. C. *Equus desultorius cum Scorpione. Alius habet hanc eandem inscript. cum priore, ordine præpostero, caput imberbe.*

Orbis 3927. V. C. 715. A. C. 37. *Alexãdriæ & prouinciarum Africæ administratiõe.*

Arg. M. LEPIDVS IMP. ITER. PONT. MAX. IIIVIR R. P. C.
Lepidi facies cum urceolo.
EX S. C. *Tripus cum lituo & simpullo.*
P. CLODIVS M. F. *Miles stans, dextra hastam.*
L. REGVLVS IIIIVIR A. P. F. *Fig. stans, dextra capedunculam, sinistra hastam puram.*

Arg. LEPIDVS PONT. MAX. IIIVIR R. P. C. *Lepidi facies.*
C. CAESAR IMP. IIIVIR R. P. C. *Augusti facies.*
EX S. C. *Figura equestris cum lituo.*

LEPID. IMPER. *Duæ dexteræ iunctæ.*

P. SEPVLLIVS MACER CONCORDIA. *Caput fœmininum velatū.*

Bello Siculo cum S. Pōpeio.

Orbis 3928. V. C. 716. A. C. 36.

Arg. LEPIDVS PONT. MAX. IIIVIR ITER. R. P. C. *Idem cū superiore.*

IMP. CAESAR DIVI F. IIIVIR ITER. R. P. C. *Cæsaris imago cum lituo.*

P. SEPVLLI MACER. *Tripus & duæ secures.*

Arg. *Lepidi imago cum lituo & urceolo sine inscriptione.*

P. SEPVLLIVS MACER. *Duo equi decurrentes, à tergo laurea siue sertum. Vide Goltzium in Lepido fol. 29. nummo 8.*

M. LEPIDVS PON. MAX. *Lepidus cum lituo.*

P. SEPVLLI MACER. *Tripus cum duabus securib.*

Eadem inscript. Fig. stolata sacrificans.

Aur. M. LEPIDVS PONT. MAX. IMP. ITER. *Velatū caput cum lituo.*

COS. ITER. IIIVIR R.P.C.

Duæ sellæ curules cum fulmine.

Aur. LEPIDVS P. M. IMP. ITER. IIIVIR ITER. R.P.C. Lepidi cū *pelle* Leonina *& claua, vide supra.*

C. VIBIVS VARVS. *Vt supra.*

Anno insequente Lepidus *à collega Augusto coactus abdicauit.*

VXOR LEPIDI.

IVNIA.

M. Bruti soror, ex qua filium sustulit M. Lepidum, *qui occultis consilijs vitam Cæsaris petiturus, bellum Ciuile intestinumq́ moliebatur, is à C Cilnio Mæcenate equestris ordinis, & splendido genere nato, qui tum præfectus urbi erat, interfectus est. Seruilia* Lepidi *uxor, Porciæ Bruti exemplum secuta, castissimum amorem desideriumq́ coniugis testata, deuorato igni viuo, quia ferrum non dabatur, prematura morte sempiternam laudem consecuta est. Goltz in Augusto fol. 73.*

M. AN-

M. ANTONIVS M. F. M. N. IIIVIR R. P. C.

ἄχθομαι ἐγὼ, ὅγε τηλικοῦτος ὢν στρατηγὸς,
ἀνδρείᾳ γυναικὸς ἡττηθείς.

M. Antonio Galliæ cessere in triumuiratu, in quo L. Antonium patruum suum proscribit. Ciceronis caput abscissum pro rostris collocari iussit. Diuisione prouinciarum & exercitus cum Augusto facta, in Macedoniam cõtendens vincit Cassium & Brutum; inde in Græciam cum magno exercitu profectus, pòst in Asiam; ubi amore Cleopatræ captus, voluptatibus indulsit. paulo pòst L. fratre & Fuluia uxore primùm inter se dissidentibus, deinde cum Cæsare pugnantibus, amissis rebus, Italia pulsis, ad eandem ducentis nauibus contendit. Mortua Fuluia Cæsari reconciliatur, tradito illi Oriente, & Octauia Cæsaris sorore in matrimonium locata, quæ haud ita multo pòst Cæsarem hortata, ut rediret in gratiam cum M. Antonio, quibusdam calumnijs contra Cæsarem irritato, & trecentis nauibus in Italiam properanti, id effecit ut fieret. Deinde Sex. Pompeium à Cæsare victum & captum iubet interfici. Armeniam cum exercitu ingressus Parthos vicit. Arthauasdem Armeniorum Regem Alexandriæ in triumphum ducit, ibi Cleopatræ delicijs detentus, Octauiam uxorem eò adnauigantem domo expellit, Romamque redire cogit. Inde in Armeniam profectus de bello ciuili cogitat. Collectis copijs Samum nauigans, Athenas peruenit, secum adducta Cleopatra. Cæsarem in singulare certamen prouocat: tandem ad Actium victus, profligata partimque capta classe, pedestres copiæ ultrò Augusto se dedidere. Antonius cum Cleopatra fuga salutem quæsiuit, unde in Libyam primùm, deinde Alexandriam peruenit. Cæsar ab Agrippa domum reuocatus, transacta hieme in Aegyptum contendit, exercitum Alexandriam adducit. Antonius Cæsaris equites in fugam vertit. Classis & equitatus uterque reconciliatur, & Cæsari adhæret. Hoc aduertens M. Antonius seipsum interfecit, anno ætatis suæ 50. ut alij 56. Doleo, inquiens, ô Cleopatra, quòd ego ille tantus Imperator fortitudine superatus sim à muliere. Huius viri illud in primis admirabile dicitur, quòd in otio luxuriosissimus, in negotio laboriosissimus fuit; nec ob res malè gestas, quicquam de solita voluptate remisit. Vir fortis & manu promptus; φύσει παρὰ τὰς κακοπραγίας ἐγένετο βέλτιστος ἑαυτοῦ, καὶ δυστυχῶν ὁμοιότατος τῷ ἀγαθῷ. In re bellica abstinentia, labore, & fortitudine, in ocio verò & luxuria, temulentia, & libidine, omnes superauit. Vide Suet. Appianum Alex. De bello ciuili li. 4.

M. Anton. à quodam vaticinatore admonitus fuisse scribitur: caueret sibi ab Octauiano Cæsare: nam genio ipsius genium Cæsaris esse formidolosum

Orbis 3919. V. C. 707. A. C. 45.

Aur. M. ANTO. IMP. R. P. C. *Anton. cum lituo.*

Arg. L. MVSSIDIVS LONGVS. *Cornucop. cum frugib.*

C. CAESAR IMP. IIIVIR R. P. C. *Caput Augusti.*

Orbis 3920. V. C. 708. A. C. 44.

Arg. *Antonij effigies. sine inscriptione.*

Arg. M. ANTONIVS IMP. *Dextera iuncta cum caduceo, fascibus & securi. Idem cum posteriore.*

Arg. ANT. IMP. *Guttus cum pullo augurali.*
LEP. IMP. *Capeduncula, Aspergillum, Securis, Albogalerus.*
CAESAR IMP. *ut prior absq; capeduncula.*

Orbis 3921. V. C. 709. A. C. 43.

Arg. M. ANT. IMP. ITER. *Antonij facies cum lituo.*
L. MVSSIDIVS T. F. LONGVS IIIIVIR A. P. F. CLOACIN. *Duo togati in substructione rotunda, siue septis consistentes, sortes ex urnis educentes. depingitur à Goltzio in M. Antonio fol. 47. & in Fastis fol. 183.*

Aur. ANT. AVG. IMP. IIIVIR R. P. C. *Caput Antonij.*
PIETAS COS. *Pietatis typus cum ciconia & temone.*

Bello ciuili Mutinēsi. Orbis 3922. V. C. 710. A. C. 42.

Aur. M. ANT. IMP. IIIVIR R. P. C. *Duo cornuacopiæ, in medio caduceus alatus.*

Arg. *Antonij effigies sine inscriptione.*
M. ANTON. AVG. IMP. IIIVIR R. P. C.
M. SILANVS AVG.
Q. PRO COS. *In medio nummo Ferd. Arch.*

M. Silanus Antonium secutus est. Dion li. 46. Antonius aliquandiu metu perculsus quieuit (nimirum ab Hirtio Cos. clade ad Mutinam affectus) sed copiis à Lepido sibi auxilio missis, auctus, animum recollegit. Nam is quidem Lepidus Antonium necessarium suum amabat, à Senatu autem contra eum euocatus erat; itaq; ut receptum ad utramq; partem sibi pararet, M. Silano Tribuno militum exercitum suum ducendum dederat, ita ut expreßè ei non mandaret, utri parti eum adiungeret; neq; manifestum fecerat, utri auxilium id mitteret. sed is Silanus sententiam Lepidi satis exploratam habens, ad Antonium sua sponte sese adiunxerat. Idem paulo pòst. Senatores cùm audiuissent Silanum Antonii rebus fauere, Lepidum ac L. Plancum timentes, ne hi quoq; se Antonio adiungerent, miserunt ad eos qui dicerent, nihil iam eorum Rempub. opus habere. M. Silanum hunc amicissimum fuisse Antonio scribit Plutarchus, sed Cleopatræ adulatorum scurrilia scommata non ferentem, postea reliquisse. Idem & Augur & Quæstor & Procos. fuit in prouincia.

Aur.

Aur. ANTON. IMP. AVGVR. *Lituus, guttus, pullus auguralis.*
Arg. CAESAR IMP. PONT. LEPIDVS IMP. P. M. *Capeduncula, Aspergillum, Securis, Albogalerus.*

Orbis 3923. V. C. 711. A. C. 41. *Bello ciuili Philippẽsi.*

Arg. ANTONIVS. IMP. *alius* IMP. ANTON. *Caput Antonij galeatũ. Alius cum caduceo alato, alius cum lituo.*
IIIVIR. R. P. C. *Tria signa castrensia seu militaria, & aquila in medio. Alius eadem inscr. Caput Concordiæ.*

Æ ΑΝΤΩΝΙΟΣ ΑΥΤΟΚ. ΤΡΙΩΝ ΑΝΔΡΩΝ LB. *Ant. cum lituo.*
ΚΑΙΣΑΡΕΩΝ. *Fig. ut inferior, palma dextra, sin. cornuc.*

Orbis 3924. V. C. 712. A. C. 40. *Bello Perusino.*

Aur. M. ANTON. IMP. *Caput Antonij cum lituo. alius caput ☉ radiatũ.*
IIIVIR R. P. C. *Duo serpentes, in quorum medio basis, cui superstat figura stolata, dextra hastam, sinistra urceolum. Asiæ typus.*

Bruto & Cassio bello ciuili Philippensi interfectis, Antonius in Asiam, Cæsar in Italiam cursum conuertit. Dion li. 48. in princip. Idem postea, M. Antonius à pugna Philippensi in Continentem Asiam venit, ubi partim ipse circumiens, partim alios emittens, pecunias ab urbibus exegit, ac ditiones vendidit. Interim Cleopatræ in Cilicia visæ amore captus, nullam deinde honestatis curam gerens, Aegyptiæ mulieri seruiuit; eiusq; amori vacans, Planco in Asia, Saxa in Syria relicto, in Aegyptum profectus est.

C. CAESAR IMP. *Caput Augusti.*
Æ. CAESAR DIVI F. *Caput virile cui superstant* V. *aristæ.*
CAESAR. *Iulij effigies.*
CAESAR DICT. *Iulij effigies cum lituo, alius cum gutto.*

Arg. M. ANTONIVS IMP. IIIVIR R. P. C.
PIETAS. COS. *Figura muliebris stolata stans, dextra ignotum quiddam, sinistra cornucop. cum duabus ciconiis.* *Pietatis simulachrũ.*

L. Antonius causa societate cum Fuluia contracta, ac si id fratris sui M. causa faceret, (nam Pij quoq; cognomen sibi propter suam in fratrem pietatem sumpserat) strenuè eam agebat. Dion li. 48.

C. MARIVS PRO Q. IIIVIR. *3. capita Antonij, Augusti & Lepidi.*
Aur. M. ANT. IMP. AVG. IIIVIR R. P. C. A. NERVA PROQ. P. *Antonij effigies. Alij pro A. habent* MN. *ut sit Marcus Nerua.*
Arg. L. ANTONIVS COS. *Caput L. Antonij caluum.*

Post Philippense prœlium P. Seruilius & L. Antonius nomen Coss. Consulatum

autem hic & Fuluia gesserunt. Ipse L. Antonius de quibusdam Inalpinis Cal. Ianuarij triumphauit post hunc triumphum Cæsar Romam reuersus, Fuluiæ filiam repudiat, & bellum gerit cum L. Antonio & Fuluia. Dion. Vide Goltzium in Fastis, fol. 188.

Aur. M. ANTON. IMP. AVG. IIIVIR R. P. C. *alius addit* L. GELL. Q. P. *Antonius cum urceolo.*

M. LEPIDVS P. M. IIIVIR R.P.C. *Lepidus cum lituo.*

CAESAR IMP. PONT. IIIVIR R. P.C. *Cæsar cum lituo.*

Arg. L. PLANCVS COS. *Lituus & urceolus ministratorius, seu guttus.*

L. PLANCVS IMP. ITER. *Fulmen Iouis, guttus & caduceus alatus.* L. *Munatius Plancus dux exercitus Antonij. Plutarchus in Antonio. Ingressus castra (Lepidi scilicet) rerum omnium potitus, humanissimè Lepidum conuenit, patremq; salutauit. & cùm rei penes eum summa potestas esset, Lepido tamen Imperatoris nomen honoremq; seruauit. ea res effecit ut & Plancus, qui & ipse circa ea loca exercitum ductabat, Antonio se coniungeret. Vir fuit consularis, & prætorius, & orator; Ciceronis discipulus, ad quem eius epistolæ exstant. Is dum Galliam comatam regeret, Lugodunum condidit, & Rauricam, quæ nunc Basilea est; ut patet ex inscriptione Caietana.*

Æ. *Antonij effigies in corona laurea sine inscriptione.*

ΚΑΙΣΑΡΕΩΝ ΛΙΑ. *Figura stans, dextra clauum gubernaculi tenens, sinistra palmam & cornucopiæ.*

Æ. ΑΥΤΟΚ. ΑΝΤΩΝΙΟΣ ΟΙΩΝΙΣΤΗΣ ΤΡΙΩΝ ΑΝΔΡΩΝ.

ΚΑΙΣΑΡΕΑΣ ΜΗΤΡΟΠΟΛΕΩΣ. *Figura turrita insidens scopulo, dextra duas aristas tenens. Goltz. 55. Iulij.*

Pacem cũ Augusto fecit.

Orbis 3925. V. C. 713. A. C. 39.

Aur. M. ANTONIVS IIIVIR R. P. C. *Caput Antonij. Alius duplex cornucop. cum caduceo & globo.*

L. MVSSIDIVS T. F. LONGVS IIIIVIR A. P. F. *Mars, ut videtur, galeatus, sinistro crure clypeo innixus, dextra hastã tenens, sinistra flagrũ.*

P. CLODIVS M. F. *Mars nudus, ut superior.*

D. IVLIO. *Iulij effigies cum cometa.*

Arg. M. ANTON. C. CAESAR. *Duæ dexteræ iunctæ cum caduceo.*

IIIVIR R. P. C. *Concordiæ typus.*

CAESAR LEPI. ANTON. IIIVIRI R. P. C. *ut prior.*

L. MVSSIDIVS LONGVS CONCORDIA. *ut prior.*

Arg. M. ANT. IMP. AVG. IIIVIR R. P. C. M. BARBAT. Q. P. *Antonij effigies. alius* P. CI. *id est, Prætor Ciliciæ.*

C. CAESAR IMP. PONT. IIIVIR R. P. C. *Cæsaris effigies. De Barbato Appianus li.* V. *belli ciuilis. Barbatus Antonij Quæstor, nonnihil Antonio infensus, & ob id reuersus in patriam interrogantibus dicere solebat. Antonium his qui in Cæsarem pro communi rerum potestate depugnarent, subirasci, qua ex re ferè omnes, nisi si quis circumuentus esset, Barbato assentientes, à Lucio ad Cæsarem transibant. In hoc nummo legendum M. Barbatus, non Barbatius, & est cognomen Horatiorum.*

(Cometa.

Arg. ANT. IMP. IIIVIR R. P. C. *Antonij facies cum lituo. Alius cũ* CN. DOMIT. AHENOBARBVS IMP. *Prora nauis cum stella.* C. CAESAR IMP. IIIVIR R. P. C. *Augusti caput.*

Arg. M. ANT. IMP. IIIVIR R. P. C. *Duplex Cornucop. in medio caduceus & globus.*

Caput Antonij cum lituo, sine inscriptione.

M. ANTONIVS IIIVIR R. P. C. *Caput solis radiatum.*

Aur. L. MVSSIDIVS LONGVS. *Cornucop. cum frugibus. Ferd. Archid.*

Orbis 3926. V. C. 714. A. C. 38.

Arg. M. ANTONI. IMP. *Effigies Antonij.*

IIIVIR R. P. C. *Caput Solis radiatum in templo.*

M. Antonius Dionysium se appellari voluit. Dion li. 48. & 50. Paterculus li. 2. Item Osirim se vocauit, quod Solis vocabulum esse Herodotus testis est, & Diodorus Siculus. Plutarchus in Antonio: Cùm Ephesum ingrederetur Antonius, hedera, thyrsis, psalterijs plena ciuitas, Dionysium, Charidotem, Melichium ipsum vocabant. Idem. Herculem quidem generis auctorem, Bacchum ducem vitæ habebat Antonius, & iunior Dionysius vocabatur. Dion li. 48. Antonius in Græcia inter alia quæ contra patrium morem agebat, Bacchum se alterum nominauit, idq́ nominis sibi ab alijs tribui voluit. Idem lib. 50. Antonius Osiridem se, id est, Solem & Dionysium, ipsa (Cleopatra) Lunam se & Isidem scribebant ac fingebant, quo magis præstigijs quibusdam ad insaniam ab ea adactus videbatur.

Æ. IMP. DIVI F. *Duæ facies auersæ Antonij & Augusti.* *Prora nauis sine inscriptione.* *Post Victoriam Parthicam.*

Aur. ANTONIVS IMP. A. XL. *Leo gradiens. alij* A. XLI.

Arg. IIIVIR R. P. C. *Victoriæ caput.*

Hic nummus à Lugdunensibus percussus in honorem M. Antonij, ut alii quoq; nummi, quorum inscriptio LVGVDVNI. *Alii aliter interpretantur: Antonium*

nimirum iunctis Leonibus primum omnium triumphasse; quod tamen ex hoc nummo non constat. Lugduni Rom. Imperatores aurum argentumq; & monetæ omne genus signare consueuerunt, seu quod prompta ibi ad cudendum metalli copia foret, seu quod munitissimus locus & accessio difficilis ad confluentes, quod ibi Rhodano Arar miscetur esse censebatur. Alexander li. 4. c. 24. Iustus quoq; Lipsius epist. quæst. li. 2. epist. 21. putat hunc nummum percussum Lugduni a gentib. Galliæ quadraginta, reperiuntur enim quidam nummi hac inscript. LVGDVNI A. XL. *Cicero epist. 14. li. 10. ad Atticum. Tu Antonij Leones pertimescas caue. P. Manucius Aldi F. in com. De Leonib. curru iunctis sunt, qui intelligendum putent, ac nos quidem his assentientes, aliquandiu idem putauimus, sed postquam collatis temporibus veritatem historiæ tanquam in trutina cepi perpendere, assensum sustinui, iunxit enim Leones currui Antonius, ut Plutarchus & Plinius docent, sed ut iidem tradunt, postquam in Pharsalicis campis pugnatum est, at verò hanc epist. confecto nondum Hispaniensi bello conscriptam esse, id est, multis mensibus ante pharsalicum prœlium, dilucidum est. Leones igitur expono quibus Antonius delectaretur, quod animi ferocitatem indicaret. Vide Plin. li. 8. cap. 16.*

Arg. ANT. IMP. *Præfericulum ante quod pullus auguralis.*
Trophæum cui sertum imponit Victoria alata.

Arg. M. ANT. IMP. R. P. C. *Antonii effigies.*
L. MVSSIDIVS T. F. LONGVS IIIVIR A. P. F.
CLOACIN. *Duo togati.*

Victoria Parthica. Orbis 3927. V. C. 715. A. C. 37.

Aur. IMP. ANT. AVGVR IIIVIR R. P. C. *Antonii effigies.*
IMP. TERT. *Mitra seu tiara Parthica cum arcu & sagitta.*
Eadem inscript. Trophæum.

Æ. ΑΝΤΟΝΙΩΣ ΡΟΜΗΣ. *Duo capita simul iuncta, auersa.*
ΚΑΙΣΑΡΟΣ ΑΙΓΥΠΤ. *Cæsarionis facies cum stella.*

Arg. P. VENTIDI. P. F. PRO. COS. *Bigæ triumphales, cum Victoria Ventidii, qui ab Antonio in Parthos missus fuerat triumphus.*
De hoc Ventidii triumpho vide Dionem.

Bigas Lunæ sacras fuisse, Soli quadrigas, Inferis trigas, Ioui seiugas, Lucifero & Hespero desultores, veteres tradiderunt, inter quos Isidorus, sed alia ratio esse potuit istorum curruum triumphalium, ut ex aliis plerisq; nummis constat.

Æ. M. ΑΝΤΩΝΙΟΣ ΑΥΤΟΚΡΑΤΩΡ ΟΙΟΝΙΣΤΗΣ ΤΡΙΩΝ ΑΝΔΡΩΝ.
Ant. cum lituo.
ΚΛΕΟΠΑΤΡΑΣ ΘΕΑΣ ΝΕΩΤΕΡΑΣ ΒΑΣΙΛΙΣΣΗΣ. *Cleopatræ ef.*

Orbis

Orbis 3928. V. C. 716. A. C. 36. *Cos. design. II.*

Arg. IMP. ANT. AVG. IIIVIR ITER. R. P. C. *alii* AVGVR.
Victoria alata, cum serto in dextra & trophæo.
CAESAR IMP. IIIVIR R. P. C. *Cæsaris effigies.*

M. LEPIDVS IMP. PONT. MAX. IIIVIR R. P. C. *Lepidi effig.*
Aur. LEPIDVS PONT. MAX. IIIVIR ITER. R. P. C. *Lepidus cum lituo & urceolo.*

Arg. ANTONIVS AVGVR COS. DES. ITER.
IIIVIR R. P. C. IMP. TERTIO. *Tiara Parthica cum arcu & sagittis per transuersum. Ornamentum hoc capitis Regum Parthorum dicitur & Cindaris, Citaris & Cyrbasia, vide Plin. & Q. Curtium.*

Arg. ANT. AVG. IMP. TER. COS. DES. ITER. ET TER IIIVIR R. P. C.
CONCORDIAE EXERCITVVM. *Tria signa militaria.*

Orbis 3930. V. C. 718. A. C. 34.

Arg. M. ANTONIVS IMP. COS. DESIG. ITER. ET TERT.
Effigies Antonii in corona hederæ.
IIIVIR R. P. C. *Caput muliebre cippo impositum inter duos serpentes, fortasse Cleopatræ aut Asiæ. Corona ex hedera ad illud Dionis spectat, quòd scilicet Bacchum se vocari voluerit. Quis non lugeat, Antonium ipsum, mulierē istam pro Iside aut Luna adorari, natis eius Solis & Lunæ nomina tribuere, deniq; seipsum Osyridem & Dionysium appellare.*

Æ. M. ΑΝΤΩΝΙΟΣ ΑΥΤΟΚΡΑΤΩΡ ΤΡΙΤΟΝ ΤΡΙΩΝ ΑΝΔΡΩΝ. Antō. *cum lituo.*
ΒΑΣΙΛΙΣΣΑ ΚΛΕΟΠΑΤΡΑ ΟΣΣΑΝ ΣΩΤΗΡΑ. *Cleopatræ effig.*
ΡΟΔΙΩΝ. *ut inferior.* (*ut superior.*

Æ. L. GELLI. L. F. POBLICOLA M. OCTAV. Q. PRAETORI ANT.
M. ANTON. IMP. COS. DESIG. ITER. ET TERT. IIIVIR R. P. C.
M. BARBAT. PROPR. P. R. A. *prætoria* Antonii.
Æ. P. CANIDIVS CRASSVS LEG. AP. *Antonii prætoria.*

Arg. *Eadem inscriptio. Facies* Antonii *& Cleopatræ simul iunctæ aduersæ. Figura insistens cippo, dextra urceolum, sinistra hastam puram, cum duobus utrimq; serpentibus.* Argenteus *hic nummus est, solito maior, antiquus tamen & legitimus, ut videtur, sicut & præcedens trium denariorum seu drachmarum pondere. Cusus in Asia fortassis, aut* Aegypto.

M.

Æ. M. ANT. IMP. TER. COS. *Facies duæ aduersæ Antonii & Cleopatræ.*
L. ATRATINVS. *Quatuor equi marini.*

L. Sempronius Atratinus in M. Antonii iterum Cos. Cal. Ianuarii abdicantis locum Cos. factus est. Dion li. 49. ex cuius verbis & iis quæ in hoc nummo signata sunt, colligi potest, L. Atratinum Antoniarum fuisse partium, & nummum huiusmodi cusisse, cum esset Antonius in Aegypto.

Arg. M. ANT. M. F. M. N. AVGVR IMP. TER. *Caput Solis radiatum.*
IIIVIR R. P. C. COS. DESIG. ITER. ET TERT. *Figura stolata & velata stans, dextra tenens lituum forma augurali.*

Aur. IMP. ANTON. AVG. COS. ITER. DES. ITER. IIIVIR ITER.
Arg. IMP. TER. *Trophæum.*

Æ. ΑΝΤΩΝΙΟΣ. *Caput radiatum cum cometa.*
ΡΟΔΙΩΝ. *Caput Serapidis seu Osyridis.*

Aur. M. ANTON. M. F. M. N. AVG. IMP. TER.
Arg. COS. DESIG. ITER. ET TER. IIIVIR R. P. C.
Duæ sellæ cum tribus coronis.
Ead. inscrip. Caput barbatum & cornutum Iouis Hammonis.
Caput Solis radiatum. alius item nummus aut eadem inscriptione & typo, cum facie Antonii auersa parte citra inscriptionē.

Arg. *Eadem inscript. Figura stolata stans, dextra lituum.*
Caput radiatum paulo diuersum à priore.

Cos. II. Orbis 3931. V. C. 719. A. C. 33.

Desig. III. Aur. IMP. ANTON. AVG. COS. ITER. DES. TER. IIIVIR ITER. R. P. C.
Imp. III. Arg. IMP. TER. *Trophæum nauale.*

IMP. ANTONIVS AVGVR IIIVIR ITER. R. P. C.
PAR. *ut inferior. alius. Victoria coronans trophæum sine inscrip.*

Arg. ANT. AVG. IMP. III. COS. DES. III. IIIVIR R. P. C.
Caput Antonii.
Victoria Parthica. *Auersa* PAR. *Victor. stans, dextra corollam, sinistra palmam.*
ANTONIVS AVG. IMP. III. *In medio nummo.*
M. SILANVS AVG. Q. PROCOS. *In medio nummo Ortelii.*
IMP. TERCIO IIIVIR R. P. C. *Tiara Parthica.*

Antonius eadem die & iniit Consulatum & deposuit, substituto in locum suum L. Sempronio Atratino. Dion.

IMP. ANTON. AVGVR COS. DES. III. IMP. IIII. *In medio nūmo.*
Caput Antonii sine inscriptione.

Orbis

Orbis 3932. V. C. 720. A. C. 32.

Arg. IMP. ANTON. AVG. IMP. IIII. COS. DES. III. IIIVIR IT. R. P. C. *Antonius cum lituo.*

ALEXANDR. AEGYPT. *Palma pulcherrima corona hederæ circumdata. Goltz. in Fastis 199.*

Orbis 3933. V. C. 721. A. C. 31. Cos. III. Imp. IIII.

Arg. ANTONI ARMENIA DEVICTA. *Antonij effigies cũ tiara Armen.*

REGINAE REGVM FILIORVM REGVM CLEOPATRAE. *Cleopatræ effigies cum prora nauis.*

Antonius Armeniæ Regem regno contra fidem eiecit, & filio ex Cleopatra id ipsum dedit. Dion lib. 49. Paterculus lib. 2. Vide Plutarchum in Antonio, ut Reginam Cleopatram appellauerit; & Dionem lib. 49. Antonius Alexandrinis epulum præbuit, ac in concilio populi Cleopatræ eiusq; liberis propter se sedem dedit: habitaq; ad populum quadam oratione, Cleopatram Reginam Regum, Ptolemæũ Cæsarionem cognomine (tanquam ex Cæsare natum) Regem Regum appellari iussit, iisq; Aegyptum & Cyprum, alia à priore diuisione instituta, addixit. Idem Octauiam sororem Cæsaris Octauiani uxorem habebat, & prouinciam sortitus Aegyptum, cum Cleopatram adamasset, & repudio Octauiæ dato uxorem duxisset, & speraret de Imperio Alexandriæ constituendo, hunc nummum cudisse uidetur, nam monetam eius rei gratia in Anagnia ciuitate iussit feriri. Vide Seruium in 7. Aeneidos. Vide Dionem li. 47.

Æ IMP. *Antonij facies.*

C. SOSIVS. ZA. *Aquila insistens fulmini cum caduceo.*

Cn. Domitius Ahenobarbus, & C. Sosius Coss. hoc anno facti, M. Antonio quàm maximè fauebant. Sosius à Dione appellatur, Syriæ & Ciliciæ ab Antonio præfectus, qui Antigonum iugulauit, & Herodem regno Iudæorum præfecit.

Arg. M. ANTO. COS. III. IMP. IIII. *Caput Iouis Hammonis.*

Iuppiter Hammon huic nummo adiunctus, quia Scarpus Africæ præfuit. Macrob. Satur. li. 1. cap. 21. Ammonem quem Deum Solem occidentem Libyes existimant, arietinis cornibus fingunt, quibus maximè id animal valet, ut radijs Sol. Seruius in 4. Aeneid. Herod. li. 2. Higyn.

ANTONIO AVG. SCARPVS IMP. *Victoria stans, coronam dextra, palmam sinistra gestans. Is est L. Pinarius Scarpus, qui tempore belli Actiaci Africam cum exercitu Antonii nomine obtinebat; sed perfidus in Antonium, fidem cum fortuna mutauit, & missos ad se ab Antonio necauit. Diõ lib. 51. Antonius in Africam quosdam misit ad Pinarium Scarpum, qui exercitũ antè ibi conscriptum ad tuendam Ægyptum habebat.*

E Aur.

Aur. M. ANT. ΑΡΜΕΝΙΑΝ. ΚΑΤΑΔΟΥΛΟΣ. *Caput Ant.*

ΚΛΕΟΠΑΤΡΑ ΑΙΓΙ-ΟΙ ΒΑΣΙΛΙΣΣΑ. *Caput Cleopatræ. Iac. Colij Orteliani.*

M. Antonius in ſequentem annum Coſ. deſignatus, hoſtis iudicatus, non inijt: tandem anno V. C. *722. ad Actium à Cæſare victus, Alexandriam aufugit, & anno* V. C. *722. ſub Conſulatu M. Tullij* M. F. M. N. *Ciceronis ſeipſum interfecit. Dion lib. 50.*

Cn. Domit. Ahenob. C. Soſſio Coſſ.

ANT. AVG. IIIVIR R. P. C. *Nauis prætoria. alij* AVGVR.

CHORTIVM PRAETORIARVM. *Signa caſtrenſia.*

CHORTIS SPECVLATORVM. *Eadē cū coronis & proris nauiū.*

LEG. PRI. *Tria ſigna caſtrenſia aquila in medio, ſic de cæteris.*

LEG. PRIM. ANTIQVAE.

LEG. III.

LEG. IIII.

LEG. V.

LEG. VI. ANTONINVS ET VERVS AVG. RESTIT.

LEG. VII.

LEG. VIII.

LEG. IX.

LEG. X.

LEG. XI.

LEG. XII. ANTIQVAE.

LEG. XIII.

LEG. XIIII.

LEG. XV.

LEG. XVI.

LEG. XVII. CLASSICAE.

LEG. XVIII. LYBICAE.

LEG. XX. HISPANICAE.

LEG. XXI.

LEG. XXII.

LEG. XXIII.

LEG. XXIIII.

LEG. XXV.

LEG. XXVI.

LEG. XXVII.

LEG. XXVIII.

LEG. XXIX.

LEG. XXX.

Aur. CONCORDIA EXERCITVVM. *Duæ dexteræ iunctæ.*

Arg. FIDES PRAETORIANORVM P. V. A. *ut prior. Prætorij Vrbani Antoniniani.*

CON-

CONCORDIA PRAETORIANORVM P. V. A. *Figura stolata stans, dextra caduceum, sinistra cornucop.*

FIDES EXERCITVVM. *Dextera iuncta.*
FIDES PRAETORIANORVM.

Vide Goltzium in Iulio fol. 49.

VXORES M. ANTONII.

FVLVIA.

Curionis & P. Clodij vidua, fœmina natura ferox atq; impigra, M. T. Ciceroni infensissima, marito in Ægypto cum Cleopatra luxuriante a Cæsare Octauiano cum L. Antonio victa & Italia pulsa, cum Antoniũ à Cleopatra distrahere conaretur, ideoq; in Asiam nauigaret, Sicyone mortua est. Plutarch.

OCTAVIA.

Diuiso in III *uiratu orbis Imperio, firmioris vinculi gratia Cæsar Octauiam maiorem dictam, C. Octauij filiam, C. Marcelli viduam sororem suam, M. Antonio despondit, verum hanc quod peregrinæ & illegitimæ indulgeret, domo expulit, porrò hæc maritum accessura cum Athenas venisset, ab eo fuit prohibita, & ducta Cleopatra, repudiata, inde domum redire iussa ac Romam reuersa, frustra tentata inter fratrem & maritum reconciliatione, in ædibus Antonij habitauit, &* VII. *liberos, quos à tribus uxoribus Fuluia, Cleopatra & Octauia legitima Antonius habuerat, cum suis educauit. Plutarchus.*

CLEOPATRA.

De ea vide supra in Iulio, & copiose Plut. in vita M. Antonij. Is postquam annos amplius quatuordecim cum Cleopatra vixisset, tandem annos natus LVI. *seipsum interfecit.*

SEX. POMP. CN. F. CN. N.

MAGNVS PIVS.

Ἐπιορκεῖν οὐκ ἐμόν.

Sex. POMPEIVS litterarum rudis, sermone barbarus, impetu strenuus, manu promptus, fide patri dissimillimus, animo ad seruitium usq; proiecto, fractoque, vilissimis inseruiebat, libertorum suorum ipse quasi libertus, speciosis inuidens ut pareret humillimis. Augustum & Antonium post Iulium interfectum annos octo varijs bellis exercuit; occupauit Siciliam, tenuit mare, rediit in Bithyniam, occupauit Nicæam & Nicomediam: tandem à Titio Antonij duce interemptus. In Mileto Ioniæ op. vide Florum.

Orbis 3930. V. C. 718. A. C. 34.

Arg. SEX. MAGN. PIVS IMP. SALVS. *Caput Sex. Pompeij.*
PIETAS. *Figura stolata stans, dextra pateram, sinistra hastam.*

In sequentem annum Cos. designatus erat, antequam iniret hostis iudicatus, & voluntate M. Antonij occisus est, anno ætatis 40. in Consulatu Sex. Pompeij S. F. *qui incidit in annum* V. C. 719. *Dion lib. 49.*

M. VIPSANIVS L. F. AGRIPPA.

Bello Siculo cum S. Pōpeio.

ἔθος ἐστὶ τοῖς κρατοῦσιν μηδενὸς σφῶν αὐτῶν κρείττονος ἀνέχεσθαι ἐθέλειν.

Cæsar post Ventidij triumphum in Galliam bellico tumultu inquietam profectus, M. Agrippam cum imperio & exercitu in eandem præmittit. Agrippa victor Aquitanos imperata facere cogit, & pacata Gallia rebusq; prosperè gestis Romanorum secundus Rhenum transmisit. Inde bello Siculo cū Sex. Pompeio uniuersæ classi à Cæsare præficitur, qui apud Mylas cum Demochare & Papia Pompeij præfectis congressus, depressis triginta hostium nauibus, & in his ipsius Papiæ prætoria, victor remansit. Mylas & Tyndarida, deiectis Pompeianis, occupauit. Tandem ultimo prœlio nauali ad Naulochos fortiter & strenuè depugnans, Pompeium vicit, depressis 28. nauibus, cæterisq; omnibus aut fractis aut corruptis, hostem profligauit. Confecto bello Siculo, Cæsar in quo præ ceteris fideli & strenua Agrippæ opera usus fuerat, eundem nouo, & in eum usque diem inaudito honoris genere, rostrata eaq; aurea ob victoriam naualem corona, & vexillo cæruleo donauit. Inde bello Actiaco eius opera denuò usus, Methone expugnata, deprehensum ibidem Bogudem Mauritaniæ regem occidit. Triumpho Actiaco Cæsarem comitatus, corona rostrata insignis, vexilloq; cæruleo, ob naualem victoriam à Cæsare donatus, inter ceteros, equo sublimi vectus, eminebat. Vir moderatus & prudens, quantum rebus bene gestis & gloria belli excellebat, tantum honore & modestia Cæsari cessisse, & illustri in suum Imp. fide, & apud ciues suos meritorum fama contentus fuisse traditur. Augusto honestissima semper suasit, & auctor penè reddendæ Reip. fuisset, honoribus quoque ab illo collatis, non ad suos quæstus aut voluptates, sed ad ipsius Augusti & populi commoditates usus est. Supremis suis annis conflictatus graui pedum morbo, cùm dolorem perpeti nequiret, unius medicorum portentosa scientia, demersis in calidum acetum cruribus, morbi quidem impetum euasit, sed pedum sensu postea caruit. Moritur ætatis anno L. aut ut alij LI. in Campania anno V. C. 741. quem Augustus tam sua, quàm Reip. causa grauissimè indoluit, funusq; Romam delatum, ac in foro propositum laudauit, & in suum Mausoleum condidit. Vnus omnium inter sic genitos felix habitus, etsi felicitatem illam multis ærumnis interpellatam scribit Plin. lib. 7. Vide Paterculum, Senecam, Plin. Plutarchum, Suetonium & Dionem.

M. Vipsan. Agrippa. L. Caninius Gallus. Coss.

Orbis 3928. V. C. 716. A. C. 36.

Aur. M. AGRIPPA L. F. PRAEF. ORÆ MARIT. ET CLASS.

Agrippæ caput.

EX S. C. *Neptunus, sinistra delphinum, dextra tridentem.*

Ad indicandam naualem de Siculis & S. Pompeio victoriam, ob quam Agrippa rostrata corona donatus est, pertinet hic nummus, unde Neptuni signum expressum.

pressum. Dion li. 49. τοῖς δὲ ὑποστρατηγοῖς ἄλλοις τε ἄλλα, ϗ τῷ Ἀγρίππᾳ στέφανον χρήσοις ἐμβόλοις ἠσκημένον ἐδωρήσατο. *Plin. li. 16. cap. 4. Cedunt & rostratæ quamuis in duobus maxime ad hoc æui celebres, M. Varrone è Piraticis bellis, dante Pompeio M. itemq; M. Agrippa tribuente Cæsare à Siculis, quæ & ipsa Piratica fuere.*

Aur. M. AGRIPPA COS. DES. *In medio nummo.*
Arg. IMP. CAESAR D. IVLI F. *Imago Cæsaris Iuuenilis.*

Arg. AGRIPPA COS. DES.
AVGVSTVS DIVI IVLI.

ΜΑΡΚΟΣ ΑΓΡΙΠΠΑ ΟΥΠΑΤΟΣ. *Caput Agrippæ coronatum.*
ΑΥΤ. ΚΑΙΣΑΡ ΤΡΙΩΝ ΑΝΔΡΩΝ. *Prora nauis cum tribus figuris.*

Orbis 3936. V. C. 724. A. C. 28.

Octauianus V. *Sex. Appuleius Coss.*

Æ. COL. NEM. *Crocodilus palmæ alligatus cum duabus coronis.*
IMP. DIVI F. P. P. *Duo capita auersa Agrippæ & Cæsaris.*

A Colonia Nemausensi cusus in honorem Augusti, post deuictum Antonium & Cleopatram, Ægyptumq; inde captam, atq; in prouinciæ formam redactam, quod indicare opinantur Crocodilum Ægypti peculiare animal, ad palmam quæ victoriam significat, & ferrea adeò catena religatum.

Orbis 3938. V. C. 726. A. C. 27.

Agrippa Cos. III. *Octauiãus* VII. *Coss.*

Aur. M. AGRIPPA L. F. COS. ITER. DES. TER. *Siciliæ triquetræ typus.*
DIVOS IVLIVS DIVI F. *Iulij & Augusti imago aduersa.*

Æ. M. AGRIPPA L. F. COS. III.
S. C.

Arg. M. AGRIPPA PLATORINVS IIIVIR. *Agrippæ effigies.*
CAESAR AVGVSTVS. *Effigies Augusti imberbis.*

Hunc nummum putat Vrsinus post tertium Consulatum signatum esse, quo Imp. Cæsar eius collega cum esset VII. *Cos. in eo honore Augustus appellatus est.*

Orbis 3939. V. C. 727. A. C. 25.
Octau. Cos. VIII.
T. Statilius Taurus.
Coss.

Orbis 3947. V. C. 735. A. C. 17.

P. Cornel. Lentulus Marcellin. Cn. Cornelius Lentulus Coss.

Arg. M. AGRIPPA TRIB. POT. COS. TER. *Agrippæ effigies.*
CAESAR AVGVSTVS. *Effigies Cæsaris laureata & diademata.*

Hoc anno Agrippa Tr. p. ab Imp. Augusto in quinquennium accepit. Tacitus li. 3. Tribuniciam potestatem summi fastigij vocabulum Augustus reperit, ne Regis aut Dictatoris nomen assumeret, tamen appellatione aliquâ cætera Imperia præemineret. M. deinde Agrippam socium eius potestatis fecit, quo defuncto, Tiberium Neronem delegit, ne successor in incerto foret, sic cohiberi prauas aliorum spes rebatur.

C. Furnius. C. Iunius Silan. Coss. Tr. p. II. Imp. IIII Cos. III.

Orbis 3948. V. C. 736. A. C. 16.

Aur. M. AGRIPPA L. F. COS. III. IMP. IIII. *Agrippæ caput.*

IMP. CAESAR AVG. *Cæsaris effigies. alij* AVGVSTVS.

M. AGRIPPA L. F. COS. III. *Effigies Agrippæ cum corona rostr.*

S. C. *Pantheon.*

S. C. *Neptunus cum delphino dextra, tridente sinistra. Solitus ferè mare exercere, sibi ipse Neptuni nomen sumpserat. Dion li. 55.*

IMP. T. VESP. AVG. REST. S. C. *Idem Neptunus.*

SCIPIONE ET MONTANO IIVIR C. C. A. *Coloniæ deductæ symbolum. Colonus ante se agens iugum boum, seu taurum & vaccam.*

L. Domit. Ahenob. P. Cornel. Scipio Coss. Tr. p. III. Cos. III. Imp. IIII.

Orbis 3949. V. C. 737. A. C. 15.

M. ΑΓΡΙΠΠΑ ΟΥΠΑΤΟϹ ΤΡΙΤΟΝ. *Agrippa coronatus.*

ΚΑΙϹΑΡ ϹΕΒΑϹΤΟϹ ΠΑΤΗΡ ΠΑΤΡΙΔΟϹ.

Cæsar iam quasi pubescens.

M. Liuius Drusus. L. Calpur. Piso Coss. Tr. p. IIII. Cos. III. Imp. IIII.

Orbis 3950. V. C. 738. A. C. 14.

Aur. M. AGRIPPA COS. TERT. COSSVS LENTVLVS.

Effigies Agrippæ cum corona rostrata & nauali.

Arg. AVGVSTVS COS. XI. *Imago Augusti laureata. Tr. p.* IX. *Cos.* XI. P. P. *Imp.* IX.

Tr. p. V. Cos. III. Imp. IIII.

Orbis 3951. V. C. 739. A. C. 13.

M. Licinius Crassus.

Cn. Cornel. Lentulus

Coss.

M. Valer. Messala. P. Sulpicius Quirinus Coss. Tr. p. VII. Cos. III. Imp. IIII.

Orbis 3952. V. C. 740. A. C. 12.

Tr. p. iterum in quinquennium accepit. *Tr. p. VI. Cos. III. Imp. IIII.*

Tibi. Claudius Nero.

P. Quintilius Varus Cos.

Orbis 3953. V. C. 741. A. C. 11.

Bellū Germanicum.

Hoc anno M. Agrippa L. F. moritur, M. Messalla & P. Sulpicio Quirino Coss. Augusto Tr. p. XII. *Cos.* XI. P. P. *Imp.* XII.

VXO-

VXORES M. AGRIPPAE.

AGRIPPINA.

T. Pomponii Attici filia quæ genuit Agrippinam uxorem Tib. Claudij Neronis.

MARCELLA.

Octauiæ maioris Augusti ex Ancharia sororis & Caij Marcelli filia, decessit sine liberis.

IVLIA.

Augusti ex Scribonia filia, quæ habuit maritum M. Marcellum, quo defuncto Agrippæ nupsit, cuius liberi Caius Lucius Agrippa, Iulia uxor L. Pauli, & Agrippina uxor Germanici filij Drusi Germ. Agrippa verò ex animi affectibus & mœrore propter coniugis adulteria & impudicitiam mortuo, nupsit Tiberio Claudio Neroni, cum adhuc haberet uxorem Agrippinam neptem Pomp. Attici. Vide Plinium li. 7.

M. Agrippa terrestrium exercituum Cæsaris Legatus, & præfectus classis eiusdem, inter alias victorias partas, tres illæ nobilissimæ fuere. prima in Aquitanos, altera maritima in Sicilia aduersus S. Pompeium, tertia ad Actium promont. unde corona aurea rostrata donatus fuit ab Augusto.

AVGVSTVS.

σπεῦδε βραδέως, ἀσφαλὴς γάρ ἐστιν
ἄμεινον ἢ θρασὺς στρατηλάτης.

OCTAVIVS pater in luco Bacchi qui in Thracia erat, oraculum conſuluit: quod reſpondit filium ſuum dominum Orbis fore, eò quòd infuſo ſuper altare mero, tantum flammæ emicuit, ut ad cælum uſque ferretur, quod uni olim Alexandro Magno oſtentum ibidem ſacrificanti euenit. Natus eſt Romæ ad capita bubula, ut Sueton. Velitris, ut Dio, M. Tullio Cicerone & C. Antonio Coſſ. patre Octauio, matre Atia, non Actia, ut paſſim ſcribitur, anno Orbis 3900. V. C. 690. A. C. 62. Infans in cunis repoſitus, aliquando non eſt repertus, requiſitus autem in altiſſima turri inuentus eſt, iacens contra Solis exortum. Aquila adhuc puero è manu rapuit panem; mox delapſa reddidit. Adoptatus eſt à Iulio Cæſare auunculo ſuo, & ob victorias dictus eſt Auguſtus, non à verbo augeo, ſed ab auium geſtu & guſtu. Vide integram ipſius hiſtoriam copiosè apud Sueton. & Goltzium in Auguſto.

Orbis 3921. V. C. 709. A. C. 43.

Aur. DIVI IVLI. *Caput Iulij cum ſtella.*
Arg. CAESAR DIVI F. *Caput Cæſaris Auguſti.*

Hoc anno Cæſar Auguſtus occiſo Iulio annos undeuiginti natus, exercitum priuato conſilio & priuata impenſa comparauit, ut habet ſaxū & inſcriptio Ancyræ.

Obſeruandum quod duo Imperij Auguſti initia à ſcriptoribus uſurpantur, prius à comparato exercitu, alterum ab Actiaca victoria. Prius initium alii à cæde Cæſaris, alii à Conſulatu ipſius Aug. (ut & ego) quem Collega Pedio iniuit poſt cædem amborum Coſſ. qui incidit in annum ſequentem V. C. 710. *14. Cal. Sept.*

A Hirtius. C. Vibius Panſa Suffecti. C. Iul. Cæſ. Oct. Q. Pedius. Abdicanti Oct. C. Albius Carrinas. P. Ventidius Baſſus.

Orbis 3922. V. C. 710. A. C. 42.

Aur. C. PANSA. *Caput Panis.*
Arg. ALBINVS BRVTI F. *Duæ dexteræ iunctæ cum caduceo.*

Aur. A. HIRTIVS A. F. *Figura ſacrificans.*
PIETAS. *Caput Pietatis. Goltz. in Faſtis. 154.*
Vterq; Mutinæ in prælio occiſus.

Aur. CAESAR DIVI F. *Caput Auguſti.*
Arg. DIVI IVLI. *Caput Iulij laureatum cum ſtella crinita.*

Sueton. in Cæſ. cap. 58. Ludis quos primo conſecratos ei (Iulio) hæres Auguſtus ædebat, ſtella crinita per ſeptem dies continuos fulſit, exoriens circa XI. *horam, creditumq; eſt animam eſſe Cæſaris.*

Pugna

Pugna ad Mutinam qua duo Cos. Pansa & Hirtius occisi. Antonius ab Octauio victus, & à Mutina repulsus circa 14. Aprilis. Ouidius 4. Fastorum.

Aur. C. CAESAR DIVI F. IMP. COS. IIIVIR R.P.C. *Caput Augusti.* SALVS GENERIS HVMANI. *Tres dexteræ iunctæ cum caduceo, fascibus, securi & globo. In triumuiratu signatus nummus ex* A. D. V. *Cal. Decemb.*

Bello Mutinēsi Imp. dictus. & Cos. cū Q. Pædio. Imperij I. Æt. 20.

Coss. ad Mutinam occisis, C. Cæsar Octauianus ante legittimam ætatem per vim adacto Senatu se cum Pædio hærede Cæsaris ex quadrante Cos. fecit. Cæsar, Lepidus & M. Antonius III *viri* R. P. C. *fiunt: qui quasi illudentes fœdissimæ seruituti ciuium, quorum cruore orbem terrarum contaminare non dubitabant, & omnibus pericula exitij atq; interitus creare, dum diuulgarunt effigies consensionis suæ, hunc signare nummum publicum voluerunt.*

Consulatum XXII. *Septembris, pridie natalis sui exeunte anno* XX. *æt. Augustus inuasit, admotis hostiliter ad urbem legionibus. Sueton Eundem adeò appetitum ut bellum eius adipiscendi causa susceperit, ultro deponit. Dion li. 47.*

C. CAESAR. *Sueton. in Augusto cap. 7. Postea Cai Cæsaris, & deinde Augusti cognomen assumpsit, alterum testamento maioris auunculi, alterum Munatij Planci sententia, cum quibusdam censentibus Romulum appellari oportere, quasi & ipsum conditorem urbis, præualuisset ut Augustus potius vocaretur. Tabulæ proscriptorum Senatorum ac ciuium propositæ. Cicero interficitur à Popilio Lena Tribuno.*

IMP. *Imperatoris vocabulo duob. modis Romani usi sunt, uno pro quocunq; exercitus duce, qui suis auspicijs rem gereret, & qui Imperium, id est, ius belli gerendi haberet, altero, qui hostibus magno prælio fusis ac profligatis, eo nomine militum acclamatione affectus esset primum, deinde sententia Senatus in urbe ornatus. Post Augustum verò reliqui etiam soliti sunt in titulis & monumentis notare, quoties ob rem benè gestam Imperatores essent à militibus appellati, id quod Reip. tempore nunquam factum reperitur.*

M. Aemilius Lepid. L. Munat. Plancus. Coss. Bello Philippensi, in quo Cæsaris percussores Cassi. αὐτόχειρ, & Brutus à comite fuga transfossus, periere. Imperij 2. Æt. 21.

Orbis 3923. V. C. 711. A. C. 41.

Aur. CAESAR DIVI F. *Neptunus stans, dextra Acrostolium, sinistra tridentem. Goltz. in Aug fol. 28.*

Arg. *Caput Victoriæ.*

VIC. AVG. *Victoria alata, seminuda gradiens, dextra lauream, sinistra palmam per sinistrum humerum protensam.*

COHOR. PRAEF. PHIL. *Tria signa militaria.*

Æ. COL. IVL. PHIL. *Victoria ut superior, sub cuius pedibus* VIC. AVG.
COHORT. PRAET. PHILIP. *Tria signa militaria, paululum diuersa à superioribus.*

Æ. .... ILIPPENSE. *Piscis.*
Spica magna.

Arg. CAESAR IIIVIR R. P. C.
CAESAR DIC. PER. *Sella cũ laurea Cæsari Dict. ex* S. C. *posita.*
P. CLODIVS M. F. *Martis simulachrum.*

C. CAESAR IMP. IIIVIR R. P. C. *Caput Cæsaris barbatum.*
P. VATINIVS P. F. PROCOS. *Quadrigæ triumphales.*
L. LIVINEIVS REGVLVS. *Victoria seminuda, dextra lauream, sinistra palmam per humerum protensam.*
L. MVSSIDIVS T. F. LONGVS IIIIVIR A. P. F.
Mars nudus galeatus, dextra hastam, sinistra flagrum.

Arg. DIVI IVLI F. *Caput Augusti.*
TI. SEMPRO. GRACC. Q. DESIG. *Signum militare, aquila legionaria, aratrum & decempeda.*

P. Seruil. Vacia Isauricus II. L. Antonius Pietas. Coss. Bellum Perusinũ inter Aug. & L. Antonium. Imper. 3. Aet. 22.

Orbis 3924. V. C. 712. A. C. 40.

Aur. CAESAR IMP. IIIVIR R. P. C. *Caput galeatum.*
S. C. *Signa militaria.*
C. MARIVS PRO Q. IIIVIR. *Capita Cæsaris, Lepidi & Antonij. Goltz 26.*

Arg. C. CAESAR IMP. IIIVIR R. P. C.
P. VATINIVS P. F. PROCOS. *Bigæ aurigante victoria. Goltz 187. in Fastis.*

Æ. ΑΥΤΟΚΡΑΤΩΡ ΚΑΙΣΑΡ ΤΡΙΩΝ ΑΝΔΡΩΝ.
ΜΑΡΚΟΣ ΑΓΡΙΠΠΑ ΟΥΠΑΤΟΣ. *Goltz 29. Aug.*

Æ. ΚΑΙΣΑΡ ΑΥΤΟΚΡΑΤΩΡ ΤΡΙΩΝ ΑΝΔΡΩΝ.
Caput fœmininum inter tria crura, Trinacriæ typum denotat. Goltz 30.

Aur. CAESAR DIVI F. IMP. PONT. IIIVIR R. P. C. *Caput Cæsaris.*
SALVS GENERIS HVMANI. *Tres figuræ sacrificantes, & una humi procumbens, cum caduceo sinistra, cornucopiæ dextra.*

Arg.

Arg. CAESAR DIVI F. IMP. PONT. IIIV. R. P. C. *Aspergillum, securis, albogalerus. Caput Cæsaris iuuenili vultu, & imberbis.*

Arg. C. CAESAR IIIVIR R.P.C. *Caput Cæsaris.*
POPVL. IVSSV. *Figura equestris.*

Aur. CAESAR DIVI F. IMP. PONT. IIIVIR R.P.C. *alij pro* PONT.COS.
SALVS GENERIS HVMANI. *Triumuiri sacrificantes, seu assistentes tripodi, humi decumbente Concordia.*

Post Philippense prælium P. Seruilius & L. Antonius nomen Coss. Consulatum autem hic & Fuluia gesserunt, ipse L. Antonius de quibusdam in alpinis Cal. Ian. triumphat. Dion. Post hunc triũphum Cæsar Romam reuersus, Fuluiæ filiam repudiat, & bellum cum L. Antonio & Fuluia gerit.

Orbis 3925. V. C. 713. A. C. 39.

Cn. Domit. Caluinus II. C. Asinius Pollio Coss. Post bellum Perusinum Perusia capta & incensa. Imp. 4. at. 23.

Aur. CAESAR IMP. PONT. IIIVIR R. P. C. *Caput Cæsaris.*
Capeduncula, Aspergillum, Guttus, Lituus.

Augustus Veteranis militibus agros diuidi & in eos militares colonias deduci iussit. De Pollione hoc anno Cos Vergil. Ecloga 4.

Teq; adeo decus hoc æui te Consule inibit
Pollio, & incipient magni procedere menses.

Arg. C. CAESAR IIIVIR R. P. C.
L. MVSSIDIVS T. F. LONGVS IIIIVIR A. P. F. *Miles nudus galeatus, dextra hastam puram, sinistra flagrum, scuticam, aut quid simile, ut in alijs M. Antonij & Lepidi nummis in IIIuiratu cusis.*

Pax cũ M. Antonio.

BALBVS PROPR. *Incognitum quiddã. Goltz in Fastis 189.*

Balbus hic Gadib. natus, tantum suæ ætatis homines diuitiis & magnificentia superauit, ut moriens P. R. *in singula capita 25. denarios legauerit. Dion.*

Arg. CAESAR LEPI. ANTON. IIIVIRI R. P. C. *Duæ dexteræ iunctæ cum caduceo.*
L. MVSSIDI. LONGVS CONCORDIA. *Caput Concordiæ.*
Aur. C. CAESAR DICT. PERPET. EX S. C. *Sella cũ laurea Golz. 23.*

Orbis 3926. V. C. 714. A. C. 38.

L. Marcius Cẽsorinus. C. Caluisius Sabinus Coss. Imp. An. 5. at. 24.

Aur. CAESAR IMP. PONT. IIIVIR R. P. C.
Capeduncula, Aspergillum, Guttus, Lituus absq; inscr. Golz 190. Fast.
M. ANTONIVS IMP. AVGVR IIIVIR R. P. C. *Caput Antonij.*
M. ANT. IMP. AVG. IIIVIR R. P. C. L. GELL. Q. P. *Anton. cum lituo. Goltz. 27.*

Arg. CAESAR LEPI. ANTON. IIIVIRI R.P.C. *Dextera iunctæ cũ cadu.*
L. MVSSIDI. LONGVS CONCORDIA. *Caput Deæ Concord.*

Aur. C. CAESAR IIIVIR R.P.C. *Caput Cæsaris.*
Arg. Q. SALVIVS IMP. COS. DESIG. *Fulmen duplex. Goltz in Iulio 73. in Fastis 191.*
CAES. DICT. *Sella curulis coronata.*

C. CAESAR DIVI IVLI F. IMP. AVGVR PONT. IIIVIR R.P.C.
DIVO IVLIO EX S.C. *Templum Diui Iulii. Goltz 24.*
TI. SEMPRON. GRACCVS Q. DESIG. *Vexillum, Aquila, aratrum, decempeda.*

Hoc anno III*uirorum* R.P.C. *acta* S.P.Q.R. *rata esse iussit.*

Appius Claudius Pulcher. C. Norbanus Flaccus Coss. Imp. An. 6. Aet. 25.

Orbis 3927. V. C. 715. A. C. 37.

Aur. CAESAR DIVI F. IMP. PONT. IIIVIR R.P.C. *Cæs. caput cũ lituo.*
DIVVS IVLIVS. *Cometa. Suet. in Iulio. Plin. li. 2. c. 25.*
SALVS GENERIS HVMANI. *Triumuiri assistentes tripodi.*

Aur. C. CAESAR IIIVIR R.P.C. *Caput Cæsaris.*
Arg. Q. SALVIVS IMP. COS. DESIG. *Fulmen duplex.*
CAES. DICT. *Sella curulis coronata.*
P. VATINIVS P. F. PROCOS. *Bigæ aurigante Victoria.*

Aur. C. CAESAR IMP. IIIVIR R.P.C. *Imago Cæsaris iuuenilis.*
Arg. M. LEPIDVS PON. MAX. IIIVIR R.P.C. *Lepidi caput.*
M. ANTONIVS IMP. IIIVIR R.P.C.
ANT. IMP. AVG. IIIVIR R.P.C. M. BARBA. P. CI.

Parthi à Ventidio Basso victi & Syria expulsi.

Æ. CAESAR D. F. *Caput virile cum quinq; spicis. Golz 30.*
M. ANTONIVS IMP. *Caput M. Antonij.*

Orbis

Orbis 3928. V. C. 716. A. C. 36.

Arg. IMP. CAESAR DIVI F. *Victoria insistens globo, dextra lauream.*
AVGVR PONTIF. *Caput Iouis Hammonis.*

Aur. IMP. CAESAR DIVI F. PONT. IIIVIR ITER. R. P. C. *Cæsar cum lituo. Goltz. 193. Fast.*
M. COCCEIVS NERVA IIIIVIR. *Tripus cum stella & duobus ramis.*
IMP. ITER. S. C. *Figura equestris cum lituo.*
M. AGRIPPA COS. DES. *In medio nummo. Goltz. 29.*

Aur. M. LEPIDVS PONT. MAX. IIIVIR ITER. RPC.

M. Vipsan. Agrippa. L. Caniaius Gallus Coss. Imp. II. Cos. II. Des. III. Bellum Siculum cum S. Pompeio. Imp. An 7. Aet. 26.

IMP. CAESAR DIVI F. IIIVIR ITER R. P. C. *Caput Cæsaris.*
T. SEMPRO. GRACCVS IIIIVIR. *Vexillum, Aquila, aratrū, decempeda.*
DIVO IVLIO. *Caput Iulij cum astro seu stella. Goltz. 24.*
COS. ITER. ET TER. DES. DIVO IVL. *Templum Iulij Dic.*

Figura manu dextra pateram tenens, quæ Diuinitatis est typus, & supra caput in templi ipsius frontispicio est stella illa crinita, quæ animam eius in cœlum receptam designabat, iuxta templum adest etiam ara igne superimposito, quæ omnia symbola sunt diuinitatis.

IMP. CAESAR PONT. IMP. ITER. IIIVIR ITER. R. P. C.
COS. ITER. ET TER. DESIG. DIVO IVL. *Templum cum ara. Goltz. 24.*

Qui templum dicabat postem tenens, dare se dicebat numini, quod ab alio necesse fuerat iam teneri, & ab humano iure discedere, & in eiusmodi templis semper sacratus locus in medio erat numini cui dicatum erat, eiusq; simulachrum eo loco, nempe in medio collocabatur, alia simulachra alio loco in templo eodem posita, ad ornatum tantum pertinebant, hinc Vergil. de Augusto sentiens:

In medio mihi Cæsar erit, templumq; tenebit.

cum paulo ante dixisset. Et viridi in campo templum de marmore ponam. Quod autem haud ita multo post inquit. Tyrio conspectus in ostro, habitum pontificis denotat, cuius se officium dicit in templi consecratione sumpturum. Vide Seruium in 3. Georg.

Arg. *Caput Augusti sine inscriptione.*
IMP. CAESAR DIVI F. PONT. IIIVIR ITER. R. P. C. *(Capedunc.*
L. VINICIVS. *Arcus triplex, in quo* S. P. Q. R. IMP. CAES.

L. Gellius Poblicola. M. Cocceius Nerua. Coss. Imperij 8. Aet. 27.

Orbis 3929. V. C. 717. A. C. 35.

IMP. *Caput Cæsaris galeatum.* *(Nouemb.*

Aur. CAESAR DIVI F. *Biga aurigante victoria. Cæsar ouans ex Sicilia idib.*

Arg. L. MESCINIVS RVFVS. *Martis simulachrum Goltz. 49.*

DIVI IVLI. *Caput Iulij cum Cometa.*

C. MARIVS C. F. PRO Q. IIIVIR. *Duo togati corona radiata coronati.*

Aur. CAESAR DIVI F. IMP. PONT. IIIVIR R. P. C. *Cæs. caput cũ lituo.*
DIVVS IVLIVS. *Stella crinita. Sueton. in Iul. & Plin. lib. 2. cap. 25. Goltz. in Augusto fol. 2. nummo 14. & fol. 23. nummo 3.*

Arg. C. CAESAR IMP. IIIVIR R. P. C. *Imago Cæsaris iuuenilis.*
M. LEPIDVS PON. MAX. IIIVIR R. P. C. *Lepidi caput.*
Goltzius in Augusto nummo 10. fol. 1. & fol. 26. nummo 4.

Aur. IMP. CAESAR DIVI F. PONT. IMP. TER. COS. ITER. ET TER. DES. IIIVIR ITER. R. P. C. *Quatuor signa pontificalia, capeduncula, aspergillum, urceolus ministratorius, & lituus. Goltz fol. 28. num. 8.*

Arg. IMP. CAESAR DIVI F. IIIVIR ITER. R. P. C. *Caput Cæsaris.*
COS. ITER. ET TER. DESIG. *Idem cum superiore.*

Arg. AVGVR PONT. COS. ITER. ET TER. DES. *Secespita, aspergillum, guttus, lituus, capeduncula.*

Aur. IMP. CAESAR DIVI IVLI F. *Caput Cæsaris iuuenile.*
PONT. COS. ITER. ET TER. DESIGN. IIIVIR ITER. R. P. C.
Tripus cui imposita est capeduncula. hinc inde lituus & patella.

Arg. IMP. CAESAR AVGVR PONT. IIIVIR ITER. R. P. C. *Augustus cũ lituo.*
COS. ITER. ET TER. DESIG. IMP. ITER. *Tripus, securis, & caduceus.*
IMP. CAESAR DIVI IVLI F. *Facies Augusti.*
AGRIPPA COS. DES. *in medio nummo.*

Arg. *Caput Augusti, sine inscriptione.*
IMP. CAESAR DIVI F. PONT. IIIVIR ITER. R. P. C.
Tripus cum duabus stellis, & urceolo ministratorio, capeduncula & lituo.

Hoc anno II. *Cos. Cæsar adeptus. in hoc honore Imp. Cæsar appellatus est. Et M. Aemil. Lepidus coactus à Cæsare collega abdicauit.*

Orbis

Orbis 3930. V. C. 718. A. C. 34. *L. Cornificius. S. Pōpeius. Coss. Imperij 9. Aet. 28.*

Arg. IMP. CAESARI SCARPVS IMP. *Manus.*
DIVI F. AVG. PONT. *Victoria insistens globo, dextra sertum, sinistra palmam.*

Orbis 3931. V. C. 719. A. C. 33. *M. Anton. II. L. Scribon. Libo. L. Semprō. Atratinus, Coss. Imper. 10. Aet. 29.*

Arg. CAESARI AVGVSTO S. P. Q. R.
VOT. P. SVSC. PRO SAL. ET RED. I. O. M. SACR. *Miles nudus, dextra labarum tenens. Goltz. 48.*
SALVS GENERIS HVMANI. *In Corona quercea. Goltz. 58.*
Eadem inscript. & S. P. Q. R. CL. V. *Victoria dextra sertum.*
QVOD VIAE MVNITAE SVNT. *Plures diuersi Goltz. 47.*

Arg. *Caput iuuenile Augusti sine inscriptione.*
AVGVSTVS. *Capricornus cum globo, temone, cornucop. urceus.*

AVGVSTVS. *Capric. cum globo ut superior.*
Bos cornupeta.

Tantam mox fiduciam fati Augustus habuit, ut thema suum vulgauerit, nummũq; argenteum nota sideris Capricorni, quo natus est, percusserit. Sueton. in Aug.
Hoc anno S. Pompeius, hostis iudicatus, occisus.

Orbis 3932. V. C. 720. A. C. 32. *Octauianus II. L. Volcatius Tullus Coss. Imp. II. Cos. II. Imperij 11. Aet. 30.*

Arg. *Caput Augusti sine inscript.*
IMP. CAESAR. *Columna rostrata. De hac columna in foro Rom. cui Augusti statua aurea superimposita fuit, vide Appianum lib.* V.
Eadem inscript. Arcus triumphalis, cui insistunt quatuor equi.
Eadem inscript. Terminus insistens fulmini Iouis, quod ipsum illud Festina lente, significat. Terminus haeret fulmen ocissime fertur.
Eadem inscript. in Peristilio templi cuiusdam.
Aur. Ortelij. *Ead. inscript. Victoria globo insidens, dextra sertum, sinistra vexillum seu labarum.*
Ead. inscr. Statua togata, Caesaris sella sedentis, dextra victoriolam, sinistra virgulam.

Augustus secundum Consulatum post IX. *annos tertium anno interiecto gessit, sequentes usq; ad* XI. *continuauit, multisq; cum deferrentur recusatis, duodecimum magno, id est, septendecim annorum interuallo, & rursus* XIII. *biennio post ultro petijt. Sueton.*

Cn. Domi. Ahenobarbus. C. Sosius Coss. Imp. III. Cos. II. Des. III. Imperij 12. Aet. 31.

Orbis 3933. V. C. 721. A. C. 31.

Arg. IMP. CAESAR. *Caput Augusti.*

AVGVSTVS. *Sex spicæ in unum colligatæ. Seruius in 9. Æneidos scribit, Pop. Rom. per adulationem tria nomina Octauiano obtulisse, Quirini, Cæsaris, & Augusti, illum autem, ne uno accepto, partem quæ alium obtulerat læderet, omnibus diuerso tempore usum, vide supra. Augusta verò templa dicebantur, quæ augurio consecrata erant, in quibus tantum Senatum habere licebat, unde templum Vestæ non fuit augurio consecratum, ne illuc conueniret Senatus, ubi erant virgines, nam hæc fuerat regia Numæ Pompilij. Ad atrium autem Vestæ conueniebatur, quod à templo remotum fuerat.*

M. METTIVS A. *Fig. stans, sin. clypeum, dextra ignotũ quiddam.*

Arg. IMP. CAESAR DIVI F. PONT. IIIVIR ITER. R. P. C. *Cæsar cũ lituo.*

M. COCCEIVS NERVA IIIVIR. *Tripus cum duobus ramis lauri, & stella in medio.*

Arg. CAESAR AVGVSTVS. *Caput Cæs.*

L. AQVILLIVS FLORVS IIIVIR SICIL. *Vir habitu militari, mulierem supplantans. Siciliæ subactæ typus.*

Arg. CAESAR. *Caput Augusti in corona.*

Ortelij. AVGVST. *Corona ex patellis & metopis.*

Arg. CAESAR DIVI F. *Bigæ triumphales. Alius Statua equestri.*

IMP. *Caput Cæsaris galeatum.*

Pacis typus. Fig. stolata stans, dextra ramum oleæ, sin. cornucop.

Venus victrix, incumbens columnæ, sin. hastam puram, dextra galeã.

Aur. IMP. CAESAR. *Templum, & in eo trophæum nauale.*

Arg. *Eadem inscriptio. Quadrigæ triumphales.*

Victoria insistens proræ nauis, dextra sertum siue lauream, sinistra palmam super humerum protensam.

Aur. CAESARI AVGVSTO S. P. Q. R.

Arg. *Quadrigæ triumphales.*

Aur. *Templum Martis, cui inest currus temone erecto: ei equus insidet, &*

Arg. *in curru medio sceptrum insistente aquila alis expansis.*

Aur. CAESAR DIVI F. *Cæs. effigies.*

Bigæ aurigante Victoria, dextra palmam gestante. Dan. Oest.

CN. DOMITIVS IMP. *Trophæum super prora nauis.*
AHENOBARBVS. *Facies virilis.*

Vnus ex Cæsaris percussoribus præfectus classis in Ionio mari aduersus Cæsarem Octauianum, huic Cæsar ignoscit, & recipit tandem in gratiam. Dion.

Æ. ΚΑΙΣΑΡΟΣ. *Sex spicæ.*
ΑΛΕΧ. ΑΙΓΥΠΤ. *Palma.*

Æ. ΑΥΤΟΚ. ΚΑΙΣΑΡ ΘΕΙΟΥ ΥΙΟΣ. *Augusti caput cum fulmine.*
ΑΛΕΞΑΝΔΡΙΝΩΝ. *Victoria insistens proræ, dextra corollam, sinistra palmam.*

Ad hunc annum Olymp. 187. annum primum V. C. *721. 4. Non. Sept. Actiacũ pugnam referunt, alij ad* V. C. *723. primum annum Imperij Herodis Magni, licet alij aliter sentiant.*

Orbis 3934. V. C. 722. A. C. 30.

Octau. Augustus III. *M. Valer. Messalla. Coss.* *Imp.* IIII. *Cos.* III. *Bello Actiaco. Mõarchia Augusti Cæs. Imp. an. 13. Aet. an. 32.*

Aur. CAESAR DIVI F. AVGVR. PONT. IMP. QVAR. COS. TER. *Augustus imberbis.*
DIVI IVLI. *Iulij facies cum lituo.*

Augustus solus imperat, 4. Non. Sept. Anno ab exactis regibus 480.

M. Antonius IIIVIR R. P. C. *cum Cleopatra ad Actium bello nauali hoc anno vincitur* IIII. *Non. Sept. & ab ea die primum Cæsar solus rerum potitus est, imperijq́ eius recensio præcipue ab eo die sumitur. Dion. initio lib.* LI.

Orbis 3935. V. C. 723. A. C. 29.

Octauiãus IIII. *M. Licinius Crassus, Coss.* *Imp.* V. *Cos.* IIII. *Imperij 14. Aet. 33. Bellum Alexandrinum.*

Aur. CAESAR DIVI IMP. V. COS. IIII.
ACT. *Apollinis Actij statua, specie atq; ornatu muliebri, qualis & in Antonini Pij nummo cum inscript. rem indicãte* APOLLINI AVGVSTO.

Victo priore anno ad Actium M. Antonio, Cæsar Apollini Actio templum extruxit, naues consecrat, & sacrum quinquennale constituit, Dion li. 51.

Aur. CAESAR IMP. *Caput Cæsaris iuuenile.*
Arg. ACT. *Idem Apollo Act.* Goltz. 32.
IMP. X. XI. XII. ACT. *Tres diuersi.*

Æ. ΚΑΙΣΑΡΑ ΣΕΒΑΣΤΟΝ.
ΝΙΚΟΠΟΛΙΣ ΙΕΡΑ. *Victoria insistens proræ nauis, dextra corollam, sinistra palmam.*

Æ. ΚΑΙΣΑΡΟΣ. *Spica.*
L. A. *Palma.*
L. B. ΑΥΤΟΚΡΑΤΩΡ. *Sex spicæ colligatæ. Goltz. 33.*

Arg. CAESAR AVGVSTVS.
OB CIVIS SERVATOS. *In Corona quercea.*
S. P. Q. R. CL. V. OB CIVIS SERVATOS.
M. DVRMIVS IIIVIR. *Aper hasta transfixus.*
C. ANTISTIVS REGINVS IIIVIR. *Tripus, lituus, capeduncula, patera.*

ΚΑΙΣΑΡ ΘΕΟΥ ΥΙΟΣ.
ΑΜΦΙΠΟΛΙΤΩΝ. *Europa insidens tauro.*

Orbis 3936. V. C. 724. A. C. 28.

Octauiãus V. Sex. Appuleius Coss. Imp. VI. VII. Cos. V. Imperij 15. Aet. 34. Caesar Annorum 34. triduo triumphat.

Aur. IMP. CAESARI DIVI F. COS. V. IMP. VI. S. P. Q. R. *Caput Augusti. Statua equestris habitu pacificatoris.*

Aur. *Caput Caesaris in corona quercea sine inscript. aliqua.*
Arg. CAESAR DIVI F. *Trophaeum nauale.*
Eadem inscriptio. Victoria insistens globo, dextra lauream, sin. ramũ.
Apollo cytharedus rupi insidens.
Caput Veneris aut Clementiae.

CAESAR DIVI F. *Miles gradiens, dextram protendens, sinistra hastam.*

Prima die De Pannonijs, Dalmatis, Iapidibus & Gallis.

Aur. IMP. CAESARI DIVI F. COS. V. IMP. VII.
S. P. Q. R. *Quadrigae triumphales.*
Imp. Caesar Diui F. R. P. *conseruata, Pater Patriae appellatus, eidemq́ statua equestris decreta.*

Arg. IMP. CAESAR DIVI IVLI F. *Caput Caesaris.*
C. CARRINAS C. F. PROCOS. *Victoria, insistens prorae nauis, dextra lauream, sinistra palmam super humerum.*

C. Albius Carrinas & ipse triumphum duxit & Caesar, quoniam victoria ad summae rei praefectum Imperatorem referri solebat. Dion. li. 51.

Secũda de Macedõia & Actiaca pugna.

Arg. CAESAR IMP. VII.
COS. V. *Victoria insistens prorae, dextra corollam, sin. palmã.*

Aur.

Aur. IMP. CAESAR DIVI F. *Cæsar cum lituo.* *Tertia de subacta Aegypto. et Cleopatra.*

PATER PATRIAE. *Capricornus cum globo & temone.*

Clypeus clauiculatus.

Templum in cuius periſtilio IMP. CAESAR.

Ianus cluſus III. *Primo regnante Numa, deinde poſt bellum Punicum* II. *Carthag. deuicta. Tertio hoc anno poſt bella Actiaca à Cæſare geſta.*

Orbis 3937. V. C. 725. A. C. 27. *Octauiãus* VI. *M. Agrippa* II. *Imp.* VII. *Coſ.* VI. *Imperij* 16. *Æt.* 35.

Aur. IMP. CAESAR DIVI F. COS. VI. LIBERTATIS P. R. VINDEX.

PAX. *Pacis typus. Fig. ſtolata ſtans, dextra caduceum, ſin. cornucopiæ cum ara & ſerpente. Goltz. 204. Faſt. corona laurea circumcirca.*

Myſia ſubacta, & Deldo Baſtarnorum Rex occiſus.

Aur. CAESAR COS. VI. *Caput Cæſaris cum lituo.*
Arg. AEGYPTO CAPTA. *Crocodilus.*

Aur. CAESAR DIVI F. COS. VI. *Caput Auguſti cum Capricorno.*
Arg. AEGYPTO CAPTA. *Crocodilus duo diuerſi. Goltz. 33.*

Hoc anno Cæſar R. P. *conſtituendæ poteſtatem in decennium accepit, & ut Auguſto rerum potito à* P. R. *imperium in decennium primum, deinde in aliud atq; aliud prorogatum eſt, ita Impp. qui Auguſtum ſecuti ſunt, licet in omnem ætatem creati eſſent, tamen decimum quenq; annum feſtiuũ agebant, imperium quaſi renouantes. Vide copioſius Panuinium li. 2. Faſtorum.*

Orbis 3938. V. C. 726. A. C. 26. *Auguſtus* VII. *M. Agrippa* III *Imp.* VII. *Coſ.* VII. *Imperij* 17. *Æt.* 36.

Arg. CAESAR IMP. VII. *Caput Cæſaris.*

ASIA RECEPTA. *Ara, cui inſiſtit Victoriola expanſis alis, dextra coronam tenens, iuxta aram ipſam duo utrinq; ſerpentes in altum porrecti.*

Putant quidam hunc nummulum eſſe ſeſtertium, qui dicti ſunt quaſi ſemis tertij, eo quod duos aſſes cum ſemiſſe valerent, hacq; nota HS *ſignabantur, quemadmodum quinarij qui aſſes* V. *hac nota* V. *ſicut & Denarij qui primum pro aſſibus decem ſunt cuſi, licet aliquando poſtea pluris valuerint hac nota* X. *Ante diem* XVI. *Cal. Febr. C. Iulius Cæſar* D. F. *Imperator Auguſtus, ſententia Munatij Planci à Senatu cæteriſq; ciuibus dictus eſt, ipſo* VII. *& Agrippa* III. *Coſſ. Cenſorinus. Ouid. 1. Faſtorum Idib. Iannarij hoc factum ſcribit.*

Idibus in magna custos Iouis æde sacerdos,
Semimaris flammis viscera libat ouis.

Sueton. in Augusto cap. 7. hunc Censorini locum explicat.

Captis à Sosio Hierosolymis.

ΚΑΙΣΑΡ ΑΥΓΟΥΣΤ. *Caput Augusti.*
ΙΟΥΔΑΙΑΣ ΕΑΛΩΚΥΙΑΣ. *Victoria palmæ innitens, cernua in clypeo hæc scribens.*

Aur. AVGVSTVS DIVI F. COS. VII. CIVIBVS SERVATEIS. *Aquila unguib. tenens coronam querceam, in cuius medio* S. C. *& utrinque duo lauri. Bidrachmalis est nummus iusto pondere.*

Cæsar hoc anno in VII. *Consulatu* AVGVSTVS, *& rebus feliciter in Mœsia, Dacia, ac uniuersa Thracia per M. Crassum gestis, quòd ipsius auspicijs ea victoria parta esset, Imp.* VII. *appellatus est.*

Augustus VIII. *T. Statilius Taurus* II. *Imp.* VII. *Cos.* VIII. *Imp. 18. æt. 37. In eo honore Augustus appellatus.*

Orbis 3939. V. C. 727. A. C. 25.

Arg. CAESAR AVGVSTVS DIVI F. PATER PATRIAE. *Caput Augusti sine inscript.*
PONTIF. MAXIM. *Figura sedens, dextra hastam, sin. ramum.*

Arg. CAESAR AVGVSTVS. *Bigæ elephantorum.*
M. DVRMIVS IIIVIR HONORI. *Caput Honoris.*
M. DVRMIVS IIIVIR. *Pagurus utraque cheli papilionem tenens, alludens fortè ad symbolum dicterij Augusti,* σπεῦδε βραδέως, *papilio enim præproperè & subsultim volat, pagurus lentè incedit.*

Arg. CAESAR AVGVSTVS. *Caput Augusti.*
TVRPILIANVS IIIVIR. *Luna & stellæ. alius cum figura insidente scutis.*

Augustus superato ad Actium M. Antonio, ciuilibusque bellis compositis, quatuoruiros monetales rursus ad triumuiros redegit, ut Dion autor est, qui tamen ab Augusto institutos falso dicit, cum redactos ex IIII *uiris dicere debuisset.*

DIVVS IVLIVS. *Cometa. Goltz. in Aug. fol. 10. num. 117.*
Flammiferumque trahens spatioso limite crinem
Stella micat. Vide Sueton. in vita Cæsaris.

Aur. C. POPPAEVS SABINVS AED. CVR. *Sella curulis laureata.*

Orbis

Orbis 3940. V. C. 728. A. C. 24.

Arg. CAESAR DIVI F. AVGVSTVS COS. VIII. P. P. IMP. VII. L. MESCINI RVFVS IIIVIR. *Sella Curulis inter duos ramos lauri cum laurea corona.*

Imp. VII. Augustus IX. M Iun. Silanus Coss. Imperij 19. Aet. 38.

Æ. CAESAR AVGVSTVS IMP. VII. ROM. ET AVG. *Templum Rom. & Augusto positum.*

Hoc anno pace P. R. *ubiq; parta Ianus clusus* IIII. *ab* V. C. II. *ab Augusto.*

Æ. CAESAR AVGVSTVS PATER. AVG. CAES. PROVID. *Templum Iani.*

Arg. CAESAR AVGVSTVS. *Caput Augusti.* IAN. CLV. *Templum Iani.*

Aperiendi autem vel claudendi ratio hæc fuit, Romulo contra Sabinos pugnante, cum iam vincerentur Romani, calidam aquam ex eo loco scaturisse dicunt, quo Sabini fugati sunt. hinc mos deductus est, ut pugnaturi, templum aperirent in eo loco constitutum, ad spem pristini auxilij. Alij dicunt Romulum & Tatium hoc templum icto iam fœdere ædificasse propterea Ianum duas habere facies, quasi ostendat duorum regum coitionem, vel, quod ad bellum ituri debent de pace cogitare, vel quod melius est, quod ad bellum ituri, optent reditum.

Æ. AVGVSTVS DIVI F. COS. IX. IMP. VIII. *Cum corona.* L. BÆBIO PRISCO C. GRAV. BROC. IIVIR. *Taurus.* *Meminit Anton. Augustinus Dialog. tab. 18.*

Orbis 3941. V. C. 729. A. C. 23.

Augustus X. C. Norb. Flaccus II. Coss. Imper. 20. Aet. 39.

Arg. AVGVSTVS. ARMENIA CAPTA. *Arcus & pharetra.*

Arg. AVGVSTVS. *Caput Augusti.* *Corona laurea cum sex rostris nauium.*

Aur. *Sphinx. de qua Ausonius:*

Terruit Aoniam volucris leo virgo triformis
Sphinx, volucris pennis, pedibus fera, fronte puella.

Æ. AVGVSTVS P.P. COS. X. *Caput Augusti.*
P. OREST. C. PONTIO C. SVLPICI IIVIR. *Taurus.*

Imp. VII. Augustus XI. A. Teretius Varro Murana Coss. Imper. 21. Aet. 40.

Orbis 3942. V. C. 730. A. C. 22.

Aur. S. P. Q. R. IMP. CAESARI. *Caput Augusti.*
Arg. CAESAR AVGVST. *Caput Cæsaris.*
VOT. P. SVSC. PRO SAL. ET RED. I. O. M. SACR. *Mars nudus.*

Aur. *Caput Cæsaris, sine inscript.*
Arg. *Martis figura stantis supra basim aut cippum, sequente inscript.*
IOVI VOT. SVSC. PRO SAL. CAES. AVG. S. P. Q. R. *In corona quercea.*
L. MESCINIVS RVFVS S. P. Q. R. V. PRO RE CAES.

Arg. L. MESCINIVS IIIVIR S. C. *& in cippo*
I. O. M.
S. P. Q. R. V. S.
P R. S. IMP. CAE.
QVOD PER EVM.
R. P. IN AMP.
ATQ. TRAN.
S. E.
In corona quercea.
IMP.
CAES.
AVGV.
COMM.
CONS.

Hæc eadem inscriptio legitur in alio quodam nummo arg. cuius aduersa pars habet arcum triumph. cum inscript. IMP. CAES.

Vota soluta pro reditu, aræ, statuæ & corona ex voto positæ Augusto X. *& C. Norbano Flacco* II. *Cos.* V. C. 730. *40. æt. anno Augustus abdicauit* XI. *suo Consulatu Tr. p. accepta.*

Arg. AVGVSTVS COS. XI.
PACI PERP. *Templum Pacis.*

Arg. AVGVSTVS TR. POT. *Figura equestris.*
P. STOLO IIIVIR. *Clypeus seu pelta, seu ancilia cū albogalero.*

Albogalerus. Seruius in VIII. *Æneid. Flamines in capite habebant pileum, in quo erat breuis virga desuper habens lanæ aliquid, quod cum per æstus ferre nō possent, filo tantùm capita religare cœperunt, nam nudis eos incedere capitibus nefas erat, unde à filo, quo utebantur Flamines dicti sunt quasi filamines. Festis porrò diebus filo deposito, pilea necesse erat accipere, quæ secundum alios ad ostendendam sacerdotij eminentiam sunt reperta, sicut columnæ mortuis nobilibus superponuntur, ad ostendendum eorum culmen, alij dicunt non propter eminentiam dignitatis*

tis hoc factum, sed quia cum sacrificarent ad Laurolauinium, & eis exta frequenter aues de vicinis venientes lucis, arriperent, eminentia virgarum eas terrere voluerunt, exinde etiam consuetudo permansit, ut apud Laurolauinium ingentes haberentur virgæ, non breues ut in urbe.

Ancilia. De Ancilibus & eorum forma multi veterum scripserunt, & quod qui ea gestarent solenni die, sacerdotes Salij à saliendo dicti sint. Seruius verò ideo in religionibus saltasse maiores asserit, quia nullam corporis partem esse voluerunt, quæ non sentiret religionem, nam cantus ad animum, saltus ad mobilitatem pertinet corporis. Hinc & in sacris literis habetur, Dauid Regem ante arcam Domini saltasse siue saliisse, quapropter & ab uxore Michol fuerit irrisus, & illa quidem à religione sincera abhorrente, & unde & præsules Grammatici dictos volunt quasi præsultores. Moris autem fuit apud Rom. indicto bello in Martis sacrario Ancilia commouere, hinc Vergil. VII. *Æn. Cum prima mouent in prælia Martem. Et* VIII. *Æneid. Vterq; impulit arma. Quia post Ancilia mota in eodem sacrario, hastam Martis simulachri commouebat Salius dicens Mars Vigila Tribun. potestas. Si præsens sit Dictator secunda est, sin autem absit, prima ac ferè sola, quippe Dictatura cæteros omnes magistratus dissoluit, præter Tribuniciam potestatem. Plutarchus in vita M. Antonij. Hanc, summi fastigij vocabulum Augustus reperit, ne Regis aut Dictatoris nomen assumeret, & tamen aliqua appellatione imperia cætera præemineret. Tacitus li. 3.*

Orbis 3943. V. C. 731. A. C. 21.

Aur. AVGVSTO DIVI F. COS. XI. TR. P. II. IMP. VIII. *Caput Cæsaris.* M. COCCEIVS M. F. NERVA IIIVIR EVR. ASI. AFR. S.P.Q.R.

M. Claudius Marcellus. L. Arruntius Coss. Imperij 22. æt. 41.

Orbis 3944. V. C. 732. A. C. 20.

Aur. CAESAR AVGVSTVS. *Caput Augusti.*

Arg. IOVI TON. *Templum Iouis, in cuius medio Iuppiter stans, sinistra tenens hastam puram, dextra fulmen.*

Q. Aemil. Lepidus. M. Lollius Coss.

Cos. XI. *Tr. p.* III. *Imp.* VIII. *Imperij 23. æt. 42.*

Iuppiter Stator, Tonans, Feretrius, Elicius ab eliciendo fulmine dictus. Plin. lib. 2. cap. 53. Templi huius statuendi causam ita describit Sueton. Tonanti Ioui ædem consecrauit, liberatus periculo, cùm in expeditione Cantabrica, per nocturnum iter lecticam eius fulgur perstrinxisset, seruumq; prælucentem exanimasset. Capitolinus fulmina gerit sicut Hammon cornua, Latiaris cruore perfunditur Minatius Felix, Vide Iustum Lipsium de amplitheatris.

Augustus ædem Iouis tonantis quam bello Cantabrico vouerat, hoc anno consecrauit.

Aur.

Aur. CAESAR AVGVSTVS TRIB. POTEST. III. P. P.
C. MARIVS C. F. PROQ. IIIVIR AFR. *Pegasus.*

Pegasus à πηγὴ dicitur, quoniam impulsu pedis fontem excitarit; ut Ouid. 5. Matamorph. siue quod ad fontes Oceani natus fuerit, ut Hesiodus habet; equus alatus Neptuni & Medusæ filius, vel ex cruore occisæ Medusæ natus, qui in Heliconem volans, & pede terram feriens, fontem fecit Musis sacrum Hippocrenen. deinde cùm in Pirenem fontem dulcem caput inclinaret, Bellerophon ipsum ascendit; & in cælum volare volens, tandem decidit. Pegasus autem in cælum perueniens, inter sidera positus est. Putant autem quidam per hunc Pegasum Africæ typum exprimi. Est etiam Pegasus Famæ typus & Gloriæ.

M. Apuleius.
P. Silius Nerua.
Cos. XI.
Tr. p. IIII.
Imp. VIII.
Impe. 24
æt. 43.

Orbis 3945. V. C. 733. A. C. 19.

Arg. AVGVSTVS DIVI F. *In corona quercea caput Augusti.*
C. MARIVS C. F. PR. Q. IIIVIR. *Duæ figuræ stantes cum baculis in manu, & ad singulos utriusq; pedes panarium.*

Regum Asiæ Legati templum Iouis Olympici Athenis antiquitus à Deucalione inchoatum, communi sumptu perficiendum locarunt, absolutumq; Genio Augusti dedicandum decreuerunt.

Arg. IMP. CAESAR DIVI F. AVGVSTVS TR. POT. IIII.
L. BALBVS PR. COS. *Trophæum cum duobus captiuis.*

Aur. CAESAR AVGVSTVS. *Caput Cæs.*
Victoria utraq; manu sertum tenens, volitans super clypeo, in quo S. P. Q. R. CL. V. *(tare.*

Arg. SIGNIS RECEPTIS. S. P. Q. R. CL. V. *Aquila & aliud signũ mili-*
SIGNIS RECEPTIS. *Mars nudus galeatus, utraque manu tenens signa militaria.*
Eadem inscriptio: Duæ lauri; aut duplex laurus.
P. CARISIVS LEG. PROPR. *Trophæum inter scuta & hastas.*
T. CARISIVS LEG. AVGVSTI. *In medio nummo.*

Arg. *Caput Augusti.*
CAESAR AVGVSTVS S. P. Q. R. CLV. *Duæ Lauri.*

Arg. AVGVSTVS.
L. CANINIVS GALLVS IIIVIR. *Figura genibus procumbens videtur. Parthus restituens signa militaria, ut infra in L. Aquilio Floro.*
SIGNIS PARTHICIS RECEPTIS. *In medio nummo.*

Arg. P. PETRONIVS TVRPILIANVS IIIVIR. *Caput hederaceum.*

Aur. AVGVSTVS COS. XI. *Caput Caſ. laureatum.*
SIGNIS PARTHICIS RECEPTIS. S. P. Q. R. *Corõa quercea.*
Parthus reſtit. ſigna.
Eadem inſcriptio. Capricornus.
Ead. inſcript. in medio nummo.

Arg. CAESAR AVGVSTVS. *Biga elephantorum.*
L. AQVILLIVS FLORVS IIIVIR. *Caput Virtutis,*
Eadem inſcriptio. Parthus reſtituens ſignum militare.

Arg. CAESAR AVGVSTVS SIGNIS RECEPTIS. *Parthus reſtituens ſigna militaria, de quibus Sueton. Parthi ſigna militaria quæ M. Craſſo & M. Antonio ademerant, repoſcenti reddiderunt.*
MARS VLTOR. *Caput Martis galeatum.*
L. AQVILLIVS FLORVS IIIVIR. *Caput radiatum. Item Parthus, ut ſuperior Galli.*
CIVIB. ET SIGN. MILIT. A PARTH. RECVP. *Arcus triũph. cui inſiſtunt quadrigæ triumph. cum duabus figuris, quæ milites ſunt ſigna militaria in altum exporrigentes, nempe aquilam Legionariam quæ argentea erat, quo magis eſſet conſpicua & ſigna cohortium, cui de more affixæ erant Impp. imagines.*

TVRPILIANVS IIIVIR. *Caput hedera coronatũ. Goltz. Aug. 38.*
Arg. TVRPILIANVS IIIVIR FERON. *Caput Feroniæ.*
CAESAR AVGVSTVS SIGN. RECEP. *Parthus genibus flexis reſtituens ſigna militaria.*

Feroniæ Deæ caput quæ à Sabinis ſummo honore colebatur, indicat Petroniam gentem Sabinam eſſe origine, quemad. & virgo Tarpeia ſcutis obruta in alijs eiuſdem Turpiliani nummis.

Strabo lib. v. Sub monte Soracte urbs eſt Feronia, quo nomine & Dea quædam nuncupatur, quam finitimi miro dignantur honore, eodem in loco ipſius templum eſt, mirificum ſacri genus habens, nam qui eius numine afflantur, nudis pedibus prunas & copioſum inambulant ſub hoc dæmone nulla læſione cinerem, eò ingens mortalium multitudo conuenit, & conuentus ipſius qui quotannis ibi agitur gratia pariter, & ſpectaculi huius, &c.

De Feronia Dea, Dionyſius li. 3. Eo bello confecto, aliud à Sabinis exortum eſt, cuius cauſa fertur hæc. Fanum eſt, quod Sabinis æque ac Latinis ſumma reli-

gione colitur, sacrum Deæ Feroniæ quam Græci in suam linguam modo ἀνθηφόρον, modò φιλοστέφανον vertunt, modò Proserpinam, Eò statis diebus conueniebant à circumuicinis urbibus alij uotiua Deæ reddituri sacrificia, alij negociaturi propter celebritatem, mercatores, opificesq; & agricolæ, quod forum ibi sit totius Italiæ nobilissimum, ad eam celebritatem profectos aliquando Romanorum honestos viros Sabini quidam correptos & pecunijs spoliatos in vincula cõiecerunt, &c. Vide Vrsinũ. Seruius in VII. *Æneid. scribit, circa Circæum Campaniæ, cultũ olim fuisse Iouem Anxurem, id est imberbem, & Iunonem virginem quæ Feronia diceretur, cuius cum aliquando lucus fortuitò arsisset incendio, & vellent ideo simulachra inde accolæ auferre, subito reuiruerit, hinc illud Vergilij:*

Et viridi gaudens Feronia luco.

Seruius idem in VIII. *scribit, Feroniam hanc Libertorum Deam fuisse, in cuius templo qui liberarentur, capite raso pileum accipere solitos esse*

Aur. AVGVSTVS COS. XI. *Caput Augusti laureatum.*
SIGNIS PARTHICIS RECEPTIS S.P.Q.R. *Corona quercea.*

Solebant Romana signa in castris figi, tanquam loco proprio, quæ inde vellebantur, sed ritè captato augurio, cum in prælium esset exeundum, illaq; si sponte sequebantur bene rem gestam iri persuasum erat, sin ui auellenda erant, secus, quemadmodum & Crasso contigit in Parthos eunti, qui cladem maximam Romanis tum inflixerunt, signis ijsdem Romanisq; militibus magno numero captis, quæ quidem post Augusto restituerunt, ut indicant hi nummi, qua de re summoperè lætatum Augustum ferunt. Lucanus VIII. *Pharsal.*

Assyrius Babylona domos, nec pila timentur
Nostra nimis Parthis, audentq; in bella venire,
Experti Scythicas Crasso pereunte sagittas. *Et iterum:*
Iuuat ire per orbem.
Ducentem sæuas Romana in mœnia gentes,
Signaq; ab Euphrate cum Crassis capta sequentem.
Et Ouidius VI. *Fastorum.*
Crassus ad Euphratem Aquilas natumq; suosq;,
Perdidit & letho est ultimus ipse datus,
Parthe quid exultas, dixit Dea, signa remittes,
Quiq; necem Crassi vindicet ultor erit.

Arg. CAESARI AVGVSTO. *Quadrigæ triumphales.*
S.P.Q.R.PAREN. CONS. SVO. *Aquila legionaria. Toga & corona laurea.*

Signa militaria Augusto remissa à Phraate Parthorum Rege.
Pax cum Parthis signis receptis.

Orbis 3946. V. C. 734. A. C. 18.

L. Lucret. Vespillo. C. Sentius Saturnin. Coss. Tr. p. V. Imp. IX. Coss. XI. Imp. 25. Aet. 44. Bellũ Pannonicum.

Arg. TR. P. V. IMP. IX. *Caput Augusti.*
COM. ASIAE ROM. ET AVG. *Templum.*

Arg. IMP. CAES. AVG. IMP. IX. T. R. P. V.
S. P. Q. R. SIGNIS RECEPTIS. *Panuin. 2. Fastorum*
Fornix cui currus triumphalis superimpositus est, meminit huius nummi trium ferè denar. pondere Fulu. Vrsinus lib. de famil. Rom. Dion li. 54. Itaq; & sacrificia eius rei causa, & templum Martis Vltoris in Capitolio ad imitationem Iouis Feretrij, quo signa ea militaria suspenderentur, decerni iussit, ac deinde perfecit, equo etiam ouans, in urbem vectus, ac fornice trophæum gestante, honoratus est.

Imperatoris vox cùm pro prænomine usurpatur, supremam eorum auctoritatem in Rep. significat; cùm verò post nomen ponitur, rerum præclarè bello gestarum numerum, ut in hoc nummo, & sequentibus quibusdam.

Ar. *Caput Augusti sine inscript. Goltz. in Aug. fol. 4. nũmo 46. & fol. 43. nu. 12.*
L. MESCINIVS RVFVS. *Figura galeata insistens cippo.* S. P. Q. R.
Aur. AVGVSTVS. *Capricornus cum globo, temone, cornucop.* V. PR. RE.
Arg. CAES.
Per Cornucopiæ significatur ubertas agrorum, & omnium fructuũ abundantia.
Naiades hoc pomis & odoro flore repletum
Sacrarunt, diuésque meo bona copia cornu est.

Aur. FORT. RED.
Arg. CAES. AVG. } *In ara quadam.*
S. P. Q. R.

Orbis 3947. V. C. 735. A. C. 17.

Cn. Cornel. P. Cornel. Lentuli. Coss. Tr. p. VI. Imp. IX. Cos. XI. Imperij 26. Aet. 45.

Arg. IMP. CAESAR AVG. COS. XI. TR. POT. VI. S. P. Q. R.
CIVIB. ET SIGN. MILIT. A PARTHIS RESTIT. *In corona quercea, seu ciuica, qua donatus est Augustus.*

Arg. CAESAR AVGVSTVS.
M. AGRIPPA TRIB. POT. COS. TER.

Æ. CN. CORNELIVS LENTVLVS IIVIR A. A. A. F. F. S. C.
OB CIVIS SERVATOS. *In corona quercea.*
Cæsari cum alij honores multi habiti, tum, quãdo Imperio abdicauit. Tum enim ut laurus ante regiæ eius fores, & super eas corona ciuica, quæ quercea erat, statueretur, tanquam ei, qui & hostes vicisset, & ciues seruasset, cum hoc elogio, ob ciues seruatos, ut ex hoc numismate & alijs intelligitur.

C. Furnius C. Iunius Silanus Coss. Tr. p. VII. Imp. IX. Cos. IX. Imperij 27. Aet. 46.

Orbis 3948. V. C. 736. A. C. 16.

Aur. AVGVSTVS TR. POT. VII. *Caput Augusti.*

Arg. L. MESCINIVS RVFVS IIIVIR IMP. CAES. AVG. LVD. SAEC. XV. S. F.

Aur. CAESAR AVGVSTVS T. R. POT. *Caput Augusti laureatum.*

Arg. L. MESCINIVS RVFVS IIIVIR. *in cippo* IMP. CAES. XV. AVG. S. F. LVD. SAEC.

Idem cum superiore. Vide Goltzium fol. 71. & 210.

Arg. AVGVSTVS DIVI F.

M. SANQVINIVS IIIVIR. *ut inferior. Stella crinita in vertice (capitis laureati.*

Arg. M. SANQVINIVS IIIVIR. *Idem cum superiore.*

AVGVSTVS DIVI F. LVDOS SAEC. F. *Fig. stolata stans, sinistra umbonem, dextra caduceum: in capite videtur habere duas auriculas aut cornua. Talis præcisè in Domitiani ludis sæcularib. cernitur. Apices illi duplices acutissimi, quales in Flaminis pileo cernuntur, & gemini, fortè ad religionem referendi sunt, aut ad duo numina quæ in his ludis inprimis colebantur, Apollinis & Dianæ. viderint doctiores & iudicent.*

Ludi sæculares quincti ex S. C. *facti. Furnio & Silano Coss. quo tempore Horatius annos natus 48. Carmen quod vocant Sæculare, in Augusti gratiam fecit. Torrentius in Sueton. Fasti Capitolini Ludos Sæculares ad præcedentem annum referunt, iisdem Coss. Varro ad præsentem.*

L. Domit. Ahenob. P. Corn. Scipio Coss. Tr. p. VIII. Imp. IX. Cos. XI. Imper. 28. Aet. 47.

Orbis 3949. V. C. 737. A. C. 15.

Arg. Q. RVSTIVS FORTVNAE ANTIAT. *Duæ fig.*

CAESARI AVGVSTO FOR. RE. EX S. C. *Ara.*

Duæ in hoc nummo figuræ, altera Fortuna Antiatum, altera Fortunæ Reducis, quæ à Dione ἐπαγωγὸς dicitur. De Fortuna Antiatum Horat. li. 1. Ode 35. O diua gratum quæ regis Antium. Acron interpres, apud Antium Fortunæ templum est famosissimum, multorum etiam principum donis ornatum, unde Ciuitas Fortunæ ipsius tutela dicta est.

Æ. CAESARI AVGVSTO TRIBVN. POT. VIII. IMP. IX. COS. XI. PATER PATRIAE. S. P Q. R. S. C.

Arg. AVGVSTVS TR. POT. VIII. L. VINICIVS L. F. IIIVIR. S. P. Q. R. IMP. CAE. QVOD. V. M. S. EX E. A. P. Q. I. S. AD. AE. D. E.

Arg.

Arg. IMP. CAESAR AVGVS. TR. P. VIII.

FOEDVS. P. R. QVM. GABINIS.

C. ANTISTIVS VETVS.

Viri duo velati, porcum immolandum supra aram accensam tenentes. rarus nummus. Basilij Amerb. p. m.

Orbis 3950. V. C. 738. A. C. 14.

M. Liuius Drusus Libo. L. Calpurnius Piso, Coss.

Aur. AVGVSTVS COS. XI.

Arg. COSSVS LENTVLVS M. AGRIPPA COS. III.

Æ. CAESAR AVGVSTVS TRIB. POT. IX. COS. XI. *Caput Augusti.*

P. QVIN. VARO. M. TITIO. L. COR. BALBO IIVIR. *Taurus.*

M. Liuio Druso Libone, L. Calpurnio Pisone Coss. Coloniam Augustam Vindelicorum deductam fuisse, ostendit M. Velserus Rerum Augustanar. lib. 2. & 3. P. Quinctilium Varum, M. Titium, L. Cornelium Balbum deduxisse, eoq́ nummum istum spectare, conijcit lib. 4.

Tr. p. IX. *Imp.* IX. *Cos.* XI. *Imperij* 29. *æt.* 48.

Orbis 3951. V. C. 739. A. C. 13.

M. Licinius Crassus, Cn. Lentulus Augur, Coss.

Aur. IMP. CAESARI AVGVSTO COS. XI. TR. P. IMP. X.

S. P. Q. R. IMP. CAES. *Figura equestris insistens basi.*

Aur. CAESAR AVGVSTVS. *Caput Augusti.*

Arg. IMP. X. *Bos cornupeta.*

Tr. p. X. *Imp.* IX. X. XI *Cos.* XI. *Imperij* 30. *æt.* 49.

Æ. AVGVSTVS DIVI F.

Q. C. VAR. RVF. S. IVL. POL. IIVIR. *Signa pontificalia.*

Arg. IMP. X. *Bos cornupeta.*

Arg. IMP. X. *Imp. sedens, ante eum duæ figuræ stantes & porrigentes (ramos lauri.*

Aur. IMP. X. SICIL. *Diana venatrix, cum arcu, hasta & canicula.*

IMP. X. ACT. *Apollo Actiacus. Apollinem hunc Actiacum Cytharedi habitu (dextra enim plectrum tenet, sinistra cytharam) cum in veste longa sit, quidam esse Musam existimant, pro Apolline tamen facit notus ille Propertij versus, Actius in longa carmina veste canit. Vide Torrentij comm. in Sueton. cap. 18. Cytharedorum porrò habitus fuit, in palla tunicaq́ talari, vide Sueton. cap. 14. & Horatium in arte poetica. Cytharæ porrò usus repertus est hoc modo Seruio teste. Cum regrediens Nilus in suos meatus, varia in terris reliquisset animalia, relicta etiam testudo est, quæ cum patefacta esset, & nerui eius remansissent extenti intra corium, percussa à Mercurio sonitum dedit, ex cuius forma per imitationem cythara composita est.*

Tib. Claudius Nero, P. Quintil. Varus Coss.

Orbis 3952. V. C. 740. A. C. 12.

Tr. p. XI. *Imp.* XI. XII. *Cos.* XI. *Imper.* 31. *Aet.* 50.

Aur. CAESAR AVGVSTVS.

Arg. M. AGRIPPA PLATORINVS IIIVIR.

Aur. IMP. CAESARI AVGVSTO COS. XI. TR. P. XI. S. P. Q. R. *Cap. Aug.*
AVGVRI PONT. MAX. IMP. XI. P. P. *Patella, lituus, capedun-cula, duæ hastæ puræ decussatæ.*

Arg. AVGVSTVS DIVI F.
IMP. XI. ACT. *Apollinis Actij.*
IMP. XI. SICIL. *ut superior.*
IMP. XI. *Capricornus.*
CAES. PONT. MAX. *Caput Augusti laureatum.*
ROM. ET AVG. *Porticus cum duab. Victorijs.*

Hoc anno P. M. *factus est Augustus, & Ludi Votiui pro reditu Cæsaris facti sunt.*

Messalla II. P. Sulp. Quirinus, Coss. Tr. p. XII. *Imp.* XII. *Cos.* XI. *Imperij 32. Æt. 51.*

Orbis 3953. V. C. 741. A. C. II.

AVGVSTVS DIVI F.
IMP. XII. *Apollo Actiacus.*

Æ. AVGVSTVS P. M. TR. POT. XII. PR. IIVIR. *Caput Augusti laureatũ.*
C. BALBO. L. PORCIO. *Taurus.*

Æ. AVGVSTVS TRIBVNIC. POTEST. *In corona quercea.*
C. CANINIVS REBILVS IIIVIR A. A. A. F. F. S. C.

Q. Aelius Tubero. Paul. Fab. Max. Coss. Tr. p. XIII. *Imp.* XII. *Cos.* XI. *Imperij 33. Æt. 52.*

Orbis 3954. V. C. 742. A. C. 10.

Aur. AVGVSTVS PONT. MAX. TRIB. POT. XIII. COS. XI. *Goltz. 215.*
AVGVR IMP. XII. P. P. *Capricornus cum globo & temone.*

Iulus Antonius. Q. Fab. Africanus Coss. Tr. p. XIIII. *Imp.* XII. *Cos.* XI. *Impe. 34. Aet. 53.*

Orbis 3955. V. C. 743. A. C. 9.

Aur. AVGVSTVS TR. POT. XIIII. COS. XI. IMP. XIII. P. P. *Aug. laur.*
TI. SEMPRONI. TI. F. GRACCVS. LEG. PROCOS. *De hoc nummo & alijs cum cono pini vide M. Velserum li.* VI. *rerum August. statim à principio.*
TI. SEMPRONI. GRACCVS QVAEST. ITER. EX S. C. *Vexillum, aquila, aratrum, decempeda.*

Æ. IMP. AVGVSTVS TRIB. POTES. XIV.
M. PORCI CN. F. VD. IIVIR.
CAESAR AVGVSTA. G. V. *Colonia deducta.*

Æ. IMP. DIVI F. *Caput Cæsaris cum lituo.*
Q. MAXIMO TER. LINO. IIVIR. CAESAR AVG.
Sacerdos agens iugum boum. *Goltz. 215.*

IMP. AVGVST. TR. P. XIIII. *Augustus cum corona laurea.*
COL. IVL. OCTAV. *Sacerdos agens iugum boum.*

Æ. EMERITA COL. AVGVSTA. *Porta Emerita Coloniæ.*

Orbi

Orbis 3956. V. C. 744. A. C. 8.

Æ. AVG. TRIB. PO. XV. *Caput Augusti.* *Nero Claud. Drusus. T. Quinct. Crispinus Sulpicianus. Tr. p. XV. Imp. XII. & XIII. Cos. XI. Imperij 35. æt. 54.*

Figura paludata sedens, dextra pini conum, sinistra cornucop.

Augustæ Vindelicorum simulachrum turritum cum nuce pinea dextra. Vide Velserum lib. VI.

Orbis 3957. V. C. 745. A. C. 7.

Aur. IMP. CAESAR AVGVST. PON. MAX. TR. POT. XVI. COS. XI. IMP. XIIII *C. Martius Cēsorinus. C. Asinius Gallus. Tr. p. XVI. Imp. XIIII. Cos. XI. Imp. 36. æt. 55.*

TI. SEMP. T. F. GRACCVS IIVIR ITER. COL. IVL. AVG. EX S. C.

Sacerdos agens iugum boum.

Colonia deducta. Ad Coloniæ deductæ typum quod attinet, ita Seruius in V. *Æn. Conditores ciuitatis taurum in dextram, vaccam intrinsecus iungebant, & incincti ritu Sabino, id est, togæ parte caput velati, parte succincti, tenebant stiuam incuruam, ut glebæ omnes intrinsecus euaderent, & ita sulco ducto, loca murorum designabant, & aratrum suspendentes circa loca portarum, unde territorium dictum est quasi terribonium tritum bobus & aratro. Hunc nummum ad Coloniam Augustam Vind. pertinere, suspicatur Velserus lib.* VI.

Aur. IMP. CAESAR. *Colonia deducta.*

Augusti caput Apollinis specie, prolixos enim capillos habet, & scribit Sueton. Augusti simulachrum cum omnibus Apollinis insignibus factum fuisse, unde Vergil. Tuus iam regnat Apollo.

Arg. CAESAR AVGVSTVS. *Caput Augusti laureatum.*

TI. NERO TI. F. PRO COS. *Tropheum cum 2. captiuis.*

MAR. VLT. *Templum Martis rotundum, in cuius medio Aquila legionaria, & utrinq; signa cohortium. Idem ex auro* MART. VLTO.

MARTIS VLTORIS. *Templum in quo Mars sinistra tenens signum militare, huius templi meminere Plinius li. 33. Ouid. 5. Fastorum. Iuuenal. Satyr. 14. Dion li. 54. Martis ædes maxima dicebatur, quæ in foro Augusti extructa erat. Torrent. in Sueton. 118.*

Arg. CAESARI AVGVSTO.

S. P. Q. R. *Templum Martis, in quo signum militare & aquila. De Marte Vltore notandum, etiam alterum ei in Capitolio signis a Parthis receptis ab Augusto instar Iouis Feretrij templum extructum fuisse, quæ causa est, quod non eadem in nummis omnib. eiusdem templi forma cernitur.*

Æ. AVGVSTO DIVI F. PONT. MAX. TR. POT. XVI. COS. XI. IMP. XIIII.

COS. XI. PATRI PATRIAE S. P. Q. R. S. C. *In medio nummo. Goltz. 70.*

Orbis

Tib. Cl. Nero II. Cn. Calp. Piso II. Tr.p. XVII. Imp. XIIII. Cos. XI. Imper. 37. Aet. 56

Orbis 3958. V. C. 746. A. C. 6.

Aur. AVGVSTVS DIVI F. *Caput Augusti laureatum.*
Arg. TR. P. XVII. *Victoria globo insistens.*

Æ. IMP. CAESAR DIVI F. *Goltz. 30.*
Nauis turrita. CIV.

AYT. ΚΑΙΣΑΡ ΣΕΒΑΣΤΟΣ ΑΡΧΙΕΡ. ΜΕΓ. ΟΥΠΑΤΟΣ ΔΗ. ΕΞ. ΙΖ.
Goltz. 243. Fast. 54. Aug.
ΣΕΒΑΣΤΑ ΜΗΤΡΟΠΟΛΙC. *Capricornus cum globo.*

D. Lælius Balbus. C. Antistius Vetus. Tr.p. XVIII. Imp. XIIII. Cos. XI. Des. XII. Imp. 38. Aet. 57.

Orbis 3959. V. C. 747. A. C. 5.

Æ. AVGVSTVS PONT. MAX. TRIB. POT. XVIII. COS. XI.
IMP. XIIII. PATER PATRIAE S. C.

Æ. ······· COS. XI. DES. XII.
CAESAR AVGVSTA.
IIVIR.
VERRIO.

Aur. IMP. CAESAR AVGVSTVS. *Caput Augusti laureatum.*
TI. CLAVDI T. F. NERO COS. ITER. IMP. ITER.
Quadrigæ triumphales vehentes pini conum, Augustæ Vind. typus, ut disputat Velserus lib. VI.

Hoc anno Nonis Febr. videtur P. P. *fuisse appellatus, alij referunt ad annum 724. alij ad annum 757.*

Augustus XII. L. Corn. Sulla. Tr.p. XIX. Imp. XIIII. Impe. 39. Aet. 58.

Orbis 3960. V. C. 748. A. C. 4.

Æ. IMP. CAESAR DIVI. F. AVGVSTVS COS. XII. P. P. *Cap. laureatũ.*
L. POMPON. Q. HATERI. C. CAESIN. IIVIR. *Bos.*
CN. DOMIT. POMPE. C. VICEL. IIVIR. *Bos.*
L. CORNELIVS SVLLA IIIVIR A. A. A. F. F.

Æ. IMP. CAESAR DIVI F. AVGVSTVS PONT. MAX. TR. POT. XIX.
IMP. XIIII. COS. XII. PATER PATRIAE. S. C.

Orbis 3961. V. C. 749. A. C. 3. C. Caluis. Sabin. II. L. Passienus Ruffus. Coss. Tr. p. XX. Imp. XIIII. Cos. XII. Imper. 40. Aet. 59

Æ. IMP. AVGVSTVS TRIB. POTES. XX.
CN. DOM. L. DO. M. AVR. C. VETL. AVG. IIIVIR CAES. AVGVS. *Bos.*
CN. DOM. IMP. C. VET. LANG. IIVIR CAES. AVGVS. *Sacerdos, agens iugum boum, Coloniæ deductæ symbolum. Goltz. fol. 51. nummo 29.*

Æ. CAESAR AVGVSTVS DIVI F. PATER PATRIAE.
ROM. ET AVG. *Duæ victoriæ alatæ cum sertis in manibus supra portam aut ædificium, aut templum aliquod hinc inde stantes, ut in superioribus.*

Aur. PONTIFEX MAXIM. *Dea Clementia sedens, dextra ramum lauri, sinistra hastam.*

Arg. C. L. CAESARES AVGVSTI F. COS. DESIG. PRINC. IVVENT. προέκριτοι τῆς νεότητος, *Hæc appellatio deinceps ad omnes Impp. filios defluxit. Duæ figuræ, altera Caij, altera Lucij togati assistentes clypeis cum hastis puris signis pontificalibus & auguralibus. Erat autem hasta pura apud Rom. præmium his qui tum primum in prælio vicissent. Nummus est Dn. M. Velseri elegans.*

Caium & Lucium nepotes ex Agrippa & Iulia filia genitos, quorum ille natus est M. Appuleio & P. Silio Nerua Coss. V. C. *733. hic C. Furnio, C. Silano Coss.* V. C. *786. Cæsar Augustus statim eo ipso anno quo fuit L. Natalis adoptauit in filios, successoresq; in Imperio designauit. Necdum posita puerili prætexta, principes iuuentutis appellari voluit. Adultos vero* XIII. *Cos. gerens, quem ob id ultrò petierat, suo quemq; tyrocinio in forum deduxit, Consules quoque designauit. Lucius Hispanias petens, quò pater Augustus illum miserat, in itinere aduersa valetudine correptus, Massiliæ vitam finiuit, ante diem ferme quinquagesimum quàm Caius frater, teste Velleio Paterculo. certè intra spatium duodeuiginti mensium, utrumq; ereptum Augusto patri refert Suetonius.*

Aur. C. CAESAR AVGVSTI F. PONT. COS. DES. PRINC. IVVENT. *Signa pontificalia.*
L. CAESAR AVGVSTI F. AVGVR COS. DES. PRINC. IVVENT. *Tripus, lituus, patera.*

Aur. C. ET L. CAESARES AVGVSTI F. COS. DES. PRINC. IVVENT. *Aduersæ facies Caij & Lucij.*

Orbis 3962. V. C. 750. A. C. 2. L. Corn. Lentulus Getulicus. M. Val. Messalla II. Coss. Tr. p XXI. Imp. XIIII. Cos. XII. et XIII. Imp. 41. Aet. 60.

Aur. AVGVSTVS DIVI F. *Caput Augusti laureatum.*

Arg. L. LENTVLVS FLAMEN MARTIALIS. *Duæ figuræ stantes, altera cum clypeo, altera cum lituo & hasta pura.*
C. CAESAR AVG. F. *Expeditio Caij in Armeniam. Figura Caij equestris cum tribus signis militaribus.*

Caius Cæsar ad Orientem ab Augusto missus, cum rege Parthorum in Euphratis insula utriusq; exercitu spectante, coijt. Parthus prior apud Caium in Romana

ripa, Caius posterior apud Regem in ripa diuersa epulatus est. Armeniam, quæ ad Parthos defecerat, facilè ad officium retraxit, Regemq́ ei præfecit Ariobarzanem Medum. Mox in colloquio cui se temerè crediderat, vulneratus in Syriam redijt, inde in Italiam tendens in Lycia, dubium ex vulnere an morbo, Liuiæq́ nouercæ dolo, mortem obijt, anno V. C. *754. Augustus cum Caium ex filia nepotem in Armeniam mitteret, optabat à Diis ut illum Pompeij beneuolentia, audacia Alexandri, suipsius autem fortuna comitaretur.*

IMP. CAESAR DIVI F. AVGVSTVS PONT. MAX. TR. POT. XXI. IMP. XIIII. COS. XII. PATER PATRIAE. S. C.

Hoc anno à Senatu P. Q. R. *pater patriæ appellatus. Vide fragmentum Calendarij Prænestini apud Smetium, aut Lipsij collect. 17. & saxum Lusitanicum.*

Augustus XIII. *M. Plaucius Siluanus. Coss.*

Orbis 3963. V. C. 751. A. C. I.

Aur. AVGVSTVS PON. MAX. TR. P. XXII. COS. XIII. IMP. XIIII. DE PARTHEIS. *Thiara Parthica cum arcu & sagittis.*

Tr. p XXII. *Imp.* XIIII. *Cos.* XIII. *Imper. 42. Aet. 61.*

Hoc anno, & Olympiadis 194. anno quarto, pace per totum orbem confirmata, nascitur in Bethlehem Iudeæ IESVS CHRISTVS *Dei & Virginis* F. *in fine 42. anni Imperij Augusti, quo incepit primum suæ natiuitatis annum Dn. & Redempt. noster, & sic 43. Imperij Augusti annus incipit primo anno æt. Christi, 44. secundo, 45. tertio, & sic deinceps. Irenæus li. 3. cap. 25.* VIII. *Cal. Ianuarij.*

Quamuis haud tutò & certò posse numerari Christi annos à conditæ urbis tempore testetur Cæsar Baronius li. 1. Annalium Ecclesiasticorum. Pleriq́ tamen hunc annum & hos Coss. ponunt, licet Cassiodorus & Eusebius eosdem in sequentem V. C. *annum reijciant. Sequor tamen Fastos Capitolinos & Goltzium.*

Noui testamenti historiæ ab Euangelistis descriptæ incipiunt, hoc tamen discrimine Lucas narrationem suam orditur ab hoc anno, Mattheus à sequente, Marcus & Ioannes à prædicatione Io. Baptistæ.

Regem P. R. *naturam parturire è libris Sibyllinis creditum fuisse, & quidem eo nasciturum tempore, quo Ægyptus in Rom. potestatem venisset, probat certissimus autor Cicero li. 1. epist. ad Lentulum, & li. 2. de diuinatione. Verum illum orbis terrarum regem ac dominum fuisse Iesum Christum, etiam aduersariorum testimoniis conuincitur.*

Vide Nicephorū li. 1. cap. 17.

Oracula omnia circa hoc tempus desiisse, Pythium quod Delphis petebatur, Dodonæum, Ammonium, & reliqua, à veteribus obseruatum est. Et ipse Augustus cum plurimis præclarè feliciterq́ gestis rebus clarus, primusq́ ipse monarcha renun-

renunciatus, tum prouectiore iam ætate ad oraculum Pythii Apollinis venit, & sacrificio omnium maximo, quod Hecatombe dicitur, dæmoni oblato, quæsiuit, quisnam post eum Romanum administraturus esset Imperium. At cùm nullum ederetur responsum, alterum quoq; adiecit sacrificium, denuoq; rogauit, quid ita oraculum pluribus verbis uti solitum, nunc tandem obticuisset; tum illud parua interposita mora ad hunc modum respondit:

παῖς ἑβραῖος κέλεταί με, θεὸς μακάρεσσιν ἀνάσσων
τόνδε δόμον προλιπεῖν τε, καὶ αὖθις ἄϊδος ἵκεσθαι.
λοιπὸν ἄπιθι σιγῶν ἐκ βώμων ἡμετεράων. *id est,*

Me puer Hebræus diuôs DEVS *ipse gubernans*
Cedere sede iubet, tristemq; redire sub Orcum.
Aris ego dehinc tacitus discedito nostris.

Velut alii: Hebræus puer est, qui cuncta gubernat & implet,
Ad Stygiosq; redire lacus, hanc linquere & aram,
Me iubet: ergo tacens abeas, mihi dicere plura
Non licet has ædes, en desero, victus & ictus.

Tali responso accepto Cæsar Romam est reuersus, atq; ibi in Capitolio aram maximam extruxit, cum eiusmodi inscriptione:

ARA PRIMOGENITI DEI.

Sub idipsum tempus ingentem cælo fulsisse lampadem ferunt sub Augusto Imp. imò in eodem pueri effigiem visam, de qua Vates consulta Augusto respondit, hunc puerum sese Augustiorem fore, dignumq; quem Augustus adoret. Corn. Gemma Cosmocrit. li. 1. cap. 8.

Anno 42. Imperij Augustus Ianum clusit III. *Cossus Cornel. Lentulus.*

Orbis 3964. V. C. 752. I. C. Primus ann. nat. Christi. *L. Calpurnius Piso.*
Aur. AVGVSTVS DIVI F. *Caput Augusti laureatum.*
Arg. IMP. XIIII. *Imp. sedens.* *Tr. p.* XXIII
Imp. XIIII.
Æ. IMP. CAESAR DIVI F. AVGVSTVS PONT. MAX. TR. POT. XXIII. IMPERATOR XIIII. COS. XIII. PATER PATRIAE S. C. *Cos.* XIII. *Impe.* 43. *Aet.* 62.

Qui exercitibus præerant re bene gesta, vel militum fauore vel decreto Senatus Imperatores salutabantur. Cæsari verò & qui eum secuti sunt, quo summam ostenderent potentiam, in prænomen, ut vult Torrentius in Sueton. remansit tamen militaris quoq; appellatio, quoties vel ipsi vel ipsorum auspiciis alii rem feliciter gesserant. Dion. *C. Iulius Cæs. Vipsã. L. Aemil. Paulus.*

Orbis 3965. V. C. 753. I. C. 2. *Tr. p.* XXIIII
Aur. AVGVSTVS DIVI F. *Caput Augusti laureatum.* *Imp.* XIIII.
Arg. COSSVS CN. F. LENTVLVS. *Figura equestris cum trophæo.* *Cos.* XIII.
IMP. XIIII. *Imp. sedens, cui porrigitur infans fasciis inuolu-* *Imperij* 44. *æt.* 63.

tus, vide Sueton. cap. 34. Accitos Germanici liberos receptosq́ partim ad se, partim in patris gremium ostentauit, manu vultuq́ significans, ne grauarentur imitari iuuenis exemplum. Forte Germanicus is est qui infantem Imp porrigit.

Æ. IMP. CAESAR DIVI F. AVGVSTVS PONT. MAX. TR. P. XXIIII. IMPERATOR XIIII. COS. XIII. PATER PATRIAE S. C.

Anno hoc Climacterico Augustus Diis sacrificauit, omnibus suis consulatibus finem imposuit, & ab honore illo deinceps prorsus abstinuit, Vide Aulum Gellium li. 15. cap. 7.

P. Vinicius. P. Alfinius Varus Coss. Tr. p. XXV. *Imp* XIIII. *Cos.* XIII. *Imperij 45. Aet. 64.*

Orbis 3966. V. C. 754. I. C. 3.

Æ. IMP. CAESAR DIVI F. AVGVSTVS PONT. MAX. TR. P. XXV. COS. XIII. PATER PATRIAE IMPERATOR XIIII. S. C.

Æ. OB CIVIS SERVATOS. *In corona quercea.* P. VINICIVS M. F. IIIVIR A. A. A. F. F. S. C.

L. Aelius Lamia. M. Seruil. Geminus. Tr. p. XXVI. *Imp.* XIIII. *Cos.* XIII. *Imper. 46. Aet. 65.*

Orbis 3967. V. C. 755. I. C. 4.

Æ. IMP. CAESAR DIVI F. AVGVSTVS PONT. MAX. TR. P. XXVI. IMP. XIIII. COS. XIII. P. P. S. C.

Æ. CAESAR AVGVSTVS TRIBVNICIA POTESTATE. M. SERVILIVS GEMINVS IIIVIR A. A. A. F. F. S. C.

Æ. IMP. CAESAR DIVI F. AVGVSTVS IMP. XIII. PONTIF. MAXIM. TRIBVN. POTEST. XXVI. S. C.

Sextus Aelius Catus. C. Sentius Saturnin. Tr. p. XXVII. *Imp.* XIIII. *Cos.* XIII. *Imperij 47. Aet. 66.*

Orbis 3968. V. C. 756. I. C. 5.

Æ. IMP. CAESAR DIVI F. AVGVSTVS IMP. XIIII. PONT. MAXIM. TRIBVN. POTEST. XXVII. S. C.

AVGVSTVS TRIBVNIC. POTEST. *In corona quercea.* SEX. AELIVS CATVS IIIVIR A. A. A. F. F. S. C.

Aur. CAESARI AVGVSTO S. P. Q. R. *Caput Augusti.*

Arg. QVOD VIAE MVNITAE SVNT. *In medio duorum arcuum triumphalium, quibus insistunt figurae equestres. Plures diuersi. Quod verò Augustus*

Augustus vias munierit autor est Suetonius li. 2. cap. 3. Quo autem facilius (inquit) urbs undiq; adiretur, desumpta sibi Arimino tenus Flaminia via munienda reliquas triumphalibus viris ex manubiali pecunia sternendas distribuit. Dio. li. 53. Cum videret Augustus vias extra urbem aliquandiu neglectas, difficilia itinera exhibere, reliquas patrum quibusdam propriis sumptibus reficiendas curauit. &c. ob id statuæ Augusti super arcus in ponte Tiberis & Arimini positæ, ut hi nummi testantur.

OB
CIVIS *In corona quercea.*
SERVATOS.
C. SENTIVS C. F. SATVRNINVS IIIVIR A. A. A. F. F. S. C.

Aur. S. P. Q. R.
Arg. IMP. *In basi cuiusdam ædificii,*
CAES. *cui superstat figura equestris.*

S. P. Q. R.
IMP. CAE.
L. VINICIVS. QVOD. V. L. F. IIIVIR.
M. S. EX
EA. P. Q. I. S. *In cippo*
AD A. D. E. *quodã.*

Arg. CAESARI AVGVSTO.
CN. CINNA MAGNVS IIIVIR. *Eadem inscriptio quæ in cippo.*

Aur. S. P. Q. R. IMP. CAESARI. *Caput Augusti.*
QVOD VIAE MVNITAE SVNT. *Biga elephantorum.*

Arg. *Caput Augusti sine inscript.* S. P. Q. R.
L. VINICIVS. *Arcus triumphalis in cuius peristilio* IMP. CAE.

Arg. L. VINICI. *Victoriæ simulachrum, & quatuor coronæ.*
CONCORDIAI. *Concordiæ coronatæ signum.*

Vinicius hic Tr. pl. cum C. Vibio Pansa fuit, postea & III vir monetalis sub Augusto, cuius & familiaris etiam fuit, ut cum eo & cœnaret & luderet Sueton. Quatuor coronæ ad Augusti quatuor victorias pertinere videntur, quarum prima ex Sicilia de S. Pompeio, altera de Pannoniis, Delmatis & Iapidibus & Gallis, tertia ex Macedonia & Actio, quarta de Regina Cleopatra & Ægypto. Concordiai porrò scriptum est Græca diphthongo, ut aulaï apud Vergil. Siluai apud Ennium. Aimilius in lapidib. antiquis, & Bonai Deai in Tabulis Colotianis. Vinucius autem scribitur, & Vinicius, ut Cornuficius & Cornificius, legitur & in nummis Maxumus & Maximus. *Vide Vrsinum.*

Orbis 3969. V. C. 757. I. C. 6.

Gn. Corn. Cinna Ma. L. Valerius Messalla. Tr. p. XXIIX. Imp. XV. Cos. XIII. Imperij 48. æt. 67.

TI. CLAVDIVS CAESAR AVG. P. M. TR. POT. IMP. P. P. S. C.

Figura insidens subsellio, dextra tenens ramum oleæ aut lauri.

Orbis 3954. V. C. 744. A. C. 8.

Aur. NERO CLAVDIVS DRVSVS GERMANICVS IMP.

Arg. RHENVS. *Typus Rheni fl. Expressit Velserus rer. August. lib. 4.*

DE GERMANIS. *Labarum cum clypeo seu spolijs Germanorum.*

DE GERM. *Arcus triumph. cum duobus trophæis, & figura equestri decurrente. Trophæa erigebantur hoste fugato, quemadmodum illo victo trium-*

phus agebatur, quæ quidem vel in tumulo, vel colle, & locis eminentioribus struebantur, unde & in urbibus figebantur in arcubus ob idipsum ædificatis Vergil. IX. *Æneid.*

Ingentem quercum decisis undiq; ramis,
Constituit tumulo fulgentiaq; induit arma,
Mezenti ducis exuuias, tibi magne trophæum
Bellipotens.

Notant quidam & in iisdem trophæis hostium tela apponi perfracta illa quidem, ut hic innuit Vergil. & Iuuenalis.

Et fracta de casside buccula pendens,
Et curtum temone iugum, victæq; triremis,
amplustre &c.

ANTONIA DRVSI GERM.

ANTONIA M. Antonij III uiri & Octauiæ maioris sororis Augusti filia, uxor Drusi, femina honestissima & continentissima, ob temperantiam, castitatem, fidem, amorem in virum, caritatem in nepotes, humanitatem in amicos, maximam laudem meruit, abstemia fuit, nunquam spuit. Mortuo marito nulli amplius nubere voluit, sed cum socru Liuia dormire consueuit, eodemq; lecto fruens vidua consenuit, super quo Drusus iuuenis interierat. tandem veneno à Caio nepote necatam asserunt; alij mærore confectam scribunt, cùm se desertam ab illo contemptamq; videret.

Aur. ANTONIA AVGVSTA.

C. Imp. in Antoniam auiam & pietas & impietas.

SACERDOS DIVI AVGVSTI. *Figura muliebris stans, dextra veluti hastam, sinistra cornucop. Videtur nummus hic à Caio in honorem auiæ percussus; nam in auiam Antoniam multa pietate usus est. hanc Augustam statim & sacerdotem Augusti fecit, omnesq; Vestalium honores tribuit. postea quòd esset ab ea verbis correptus, ad voluntariam mortem compulit. Dion li. 59.*

Eadem inscriptio. Duæ faces cum corollis, quæ Augustæ diuinitatem designant. Faces enim æterni ignis virgines Vestales seruabant. Duæ istæ faces videntur & sertis intensæ, iuxta illud Vergilij 4. Aeneid. Intenditq; locum sertis. Quo etiam loco Seruius scribit. Matronas olim sacrificaturas faculas tenentes circa aras ferre solitas.

CONSTANTIAE AVGVSTI.
TI. CLAVDIVS CAESAR AVG. P. M. TR. P. IMP. S. C.
Figura stolata stans, dextra simpullum tenens.

DRVSI EX ANTONIA LIBERI:
- GERMANICVS. *Tiberij Neronis Imp. f. adoptiuus.*
- LIVILLA, *quæ &* LIVIA DRVSILLA, *uxor primùm Caij M. Agrippæ* F. *dein Drusi Tiberij* F.
- CLAVDIVS, *qui postea Imperator.*

GERMA-

GERMANICVS.

GERMANICVS fuit & corporis forma, & animi bonis, institutioneque iuxtà ac robore, clementia, & modestia præstantissimus; Neronis Claudij Drusi Germ. F. Is sæpenumerò cùm Imperium adipisci posset, aspernatus est. Obiit Antiochiæ, Cn. Pisonis & Plancinæ fraude, aut, ut alij, Tib. Cl. Neronis & Liuiæ, anno ætatis 34. Vide integram eius historiam ex Suetonio, Tacito, Plinio, Iosepho & Dione descriptam, apud Ioan. Glandorpium in descript. gentis Iuliæ,

Orbis 3979. V. C. 769. I. C. 18. *Triũphus de Cheruscis, Cattis, & Angriuarijs.*

GERMANICVS CAESAR TI. F. AVG. COS. DES. *Goltz. th. 25.*

. . . .

GERMANICVS CAESAR. *Triumphans in quadrigis.*

SIGNIS RECEPTIS DEVICTIS GERMANIS S. C.

GERM. CAESAR TR. PO. III.

C. CAESAR AVG. GERMANICVS. *Caput Caij.*

Æ. phil. Fuggeri. CAESAR AVG. GERMANICVS. *Caput Germanici.*

TR. CAESAR DOSSEN. *Caput.*

Orbis 3980. V. C. 770. I. C. 19. *Cos. II.*

ΓΕΡΜΑΝΙΚΟΣ ΚΑΙΣΑΡ ΤΙ. ΣΕΒΑΣΤΟΥ ΥΙΟΣ.

GERM. CAES.

COLONIA PATRICIA.

GERMANICVS CAESAR TI. AVG. F. DIVI AVG. N. COS. II.

GERMANICVS CAESAR C. CAESARIS PATER.

SCIPIONE ET MONTANO IIVIR. CCA.

GERMANICO CAESARI TI. F. AVG. N. PONTIF. Q. COS. II.

GERMANICVS CAESAR TI. AVG. F. DIVI AVG. N.

C. CAESAR AVG. GERMANICVS PON. MAX. TR. POT. S. C.

C. CAESAR DIVI AVG. PRON. AVG. P. M. TR. POT. III. P. P. S. C.

C. CAESAR DIVI AVG. PRON. AVG. P. M. TR. P. IIII. P. P. S. C.

TI. CLAVDIVS CAESAR AVG. GERM. P. M. TR P. IMP. P. P. S. C.

CAESAR AVG. GERMANICVS TR. POT. II. COS. II. *Facies Germanici.*

GERM. CAESAR PVLCHRO IIIVIR. VARIO IIVIR.

GERMANICVS CAESAR P. C. CAES. AVG. GERM. *Pater C. Cæs.*
C. CAESAR AVG. GERM. P. M. TR. POT.
C. CAESAR AVG. PONT. MAX. TR. P. IIII. COS. IIII.

ΓΕΡΜΑΝΙΚΟΝ ΚΑΙΣΑΡΑ ΕΠΙΣΤΡΑΤΗΓΗΝ. *Goltz. th.*

IVLIA AGRIPPINA GERMANICI.

Agrippina M. Agrippæ filia, & Iuliæ Augusti ex Scribonia filiæ, Augusti neptis, Tiberij nurus, Germanici uxor, mater Caij. Hanc Germanicus vitæ finem imminere sentiens, per sui memoriam perq; communes liberos obtestatus, ferociam exueret, néue æmulatione potentiæ validiores irritaret, paulò pòst extinguitur.

AGRIPPINA M. F. MAT. C. CAESARIS AVG.
MEMORIAE AGRIPPINAE S. P. Q. R. *Biga mularum.*

AGRIPPINA M. F. GERMANICI CAESARIS.
TI. CLAVDIVS CAESAR AVG. GERM. P.M.TR.P. IMP. P. P S. C.

C A I V S.

οὐδεὶς ἀνθρώπων ἑκὼν ἄρχεται, ἀλλ' ἐφ' ὅσον μὲν φοβεῖται, θεραπεύει τὸν ἰσχυρότερον· ὅταν δὲ δὴ θαρσήσῃ, τιμωρεῖται τὸν ἀσθενέστερον.

Tiberio Caius successit, Antij natus, patre suo Germanico, & C. Fonteio Capitone Coss. v. c. 764. matre Agrippina. Is Tiberij testamentum quo Tiberium nepotem adoptauerat, irritum fecit, eumq; imperio exutum, pòst adoptatum sibi, occidit. Imperium ingressus thesauros maximos breuissimo tempore exhausit: nam vicies ter millies sestertiûm & trecenta insuper sestertia cùm accepisset in thesauris, nullam eius summæ partem in tertium annum seruauit. Sese adorari voluit, statuam suam misit collocandam in templum Hierosolymæ. Adulterijs fuit inquinatissimus, tres suas sorores stuprauit, libidines Tiberij & parricidia non modò imitatus, sed etiam excessit, multos Senatores & alios crudeliter interfecit, dicens, Oderint dum metuant. Conatus est abolere Homerum, Virgilium, & libros Iureconsultorum. Cùm tribus annis, mensibus nouem, diebus viginti octo, nefanda & perniciosissima quæque peregisset, tandem à Cassio Cherea & coniuratoribus in angiportu trucidatus est, triginta vulneribus confossus, atq; unà uxor & filia, cùm vixisset annos 28. menses 4. dies 25. Senatus Romanus eius memoriam ægrè ferens, omne æreum numisma, quod eius imaginem haberet, conflari iussit; id quidem factum, non tamen æs in meliorem usum commutatum: nam Messa-

Vide supra in Tiberio.

Nota de raritate numismorū Caij.

Messallina ex eo Mnesteris histrionis & Caij Silij gladiatoris statuas fecit, hanc ei suæ consuetudinis gratiam referens. Vide Dionem lib. 59. & Glandorpium fol. 178. descript. gentis Iuliæ.

Orbis 3998. V. C. 789. I. C. 38. — *Cn. Acerronius Proculus. C. Pontius Nigrinus. Coss.*

C. CAESAR GERMANICVS PONT. PRINC. IVVENT. *Goltz. th*
C. CAESAR AVG. GERMANICVS.

Orbis 3999. V. C. 790. I. C. 39. — *M. Aquillius Iulianus. P. Nonius Asprenas. Coss. Tr. p. Cos.*

Aur. C. CAESAR AVG. GERM. P. M. TR. POT.
Arg. DIVVS AVG. PATER PATRIAE. *Caput Aug. corona radiata.*
Arg. PAX AVGVSTI. *Duæ figuræ stantes, altera Imp. altera militaris, iungentes dexteras.*

C. CAESAR GERMANICVS PONT. COS. DESIG. *Goltz.*
C. CAESAR GERMANICVS AVGVR PONTIF.

Aur. C. CAESAR GERMANICVS PONT. MAX. TR. POT.
Arg. AGRIPPINA MAT. C. CAES. AVG. GER.

GERMANICVS CAES. P. C. CAESAR AVG. GERM.
C. TARRACINA P. PRISCO V. V. OSCA IIVIR.
Eques decurrens, de Osca op. vide inscript. Græcam apud Ant. Augustinum in Dialogis.

P. P. OB CIVES SERVATOS S. C.
S. P. Q. R. OB CIVES SERVATOS.
ADLOCVTIO COHORT. *Adlocutio cum sex figuris.*
VESTA S. C. *Vesta insidens subsellio, dextra pateram, sinistra hastam.*
DIVO AVG. *Tres figuræ immolantes bouem.*

Arg. C. CAESAR AVG. GERM. P. M. TR. POT. COS. *alij* IMP. *addunt. Caput Iulij seu Augusti cum corona rostrata, & duabus stellis.*
Er. C. TARRACINA PRISCO IIVIR. OSCA. *Eques decurrens. Ant. Aug.*

C. CAESAR AVG. GERMANICVS.
C. C. A. *Vasa pontificalia. Colonia Carthago noua ut vult Goltzius ex alia inscript. quæ in eiusdem Imp. nummis reperitur. Coloniam autem vocat Plinius tam eam quæ hoc nomine in Hispania citeriore dicebatur, quàm eam quæ magnæ in vestigijs Carthaginis erat.*

C. CAE-

C. CAESAR AVG. GERMANICVS IMP.
LICINIANO ET GERMANO IIVIR C. C. A. *Colonia deducta.*
Alius aquilam legionariam inter duo signa militaria.
SEGOBRIGA. *In corona quercea.*
M'. AVG. BILBIL. C. CORN. . . . . REFEC.
C. M. HELV. FRONT. IIVIR. *in medio corona quercea.*

Hoc anno Caius Cos. & Tr. p. cum Imperio accepit.

Æ. ΓΑΙΟΝ ΚΑΙΣΑΡΑ ΓΕΡΜΑΝΙΚΟΝ ΣΕΒΑΣΤΟΝ.
ΓΑΙΟΝ ΓΕΡΜΑΝΙΚΟΝ ΚΑΙΣΑΡΑ.

C. Cæsar. L. Aproni. Cæsianus Coss. Tr. p. II. Cos. II.

Orbis 4000. V. C. 791. I. C. 40.

C. CAESAR AVG. GERMANICVS PON. MAX. TR. POT. S. C.
NERO ET DRVSVS CAESARES. *Duæ equestres figuræ decurrentes.*

C. CAESAR AVG. GERMANICVS P. M. TR. POT. II. S. C.

Aur. C. CAESAR AVG. GERMANICVS PON. M. TR. POT.
AGRIPPINA. DRVSILLA IVLIA. S. C. *in æreis.*
Aur. SPES AVGVSTA S. C. *Spei typus.*

C. CAESAR AVG. GERMANICVS IMP. PATER PATRIAE.
TITVLLO ET MONTANO IIVIR CCA. *Coloniæ deductæ typus.*
Colonus cum boue & vacca.

C. CAESAR AVG. GERMANICVS TR. P. II. COS. II. PONT. MAX. *Golt.*

C. Cæsar solus III. suffecti. L. Cæstius Poblicola. M. Coccei. Nerua. Tr. p. III. Cos. III.

Orbis 4001. V. C. 792. I. C. 41.

Arg. C. CAESAR AVG. PON. MAX. TR. P. III.
DIVVVS AVG. PATER PATRIAE.

Γ. ΚΑΙΣΑΡ ΣΕΒ. ΓΕΡΜ. ΑΡΧΙΕΡ. ΜΕΓΑΣ ΔΗΜ. ΕΞΟΥΣ. Γ.
Alius addit, ΟΥΠ. Γ.

Æ. C. CAESAR DIVI AVG. PRON. AVG. P. M. TR. P. III. P. P.
ADLOCVT. COH. *Imp. alloquitur cohortes militum.*
NERO ET DRVSVS CAESARES. *Vt superior.*
S. P. Q. R. P. P. OB CIVES SERVATOS. *Corona quercea.*

An

Aur. C. CAESAR AVG. PON. M. TR. POT. III. COS. III. *alij* GERM.
Arg. S. P. Q. R. P. P. OB C. S. *In corona quercea.*
Aur. AGRIPPINA MAT. C. CAES. AVG. GERM.

Æ. C. CAESAR DIVI AVG. PRON. AVG. P. M. TR. P. III. P. P. PIETAS. DIVO AVG. S. C.

C. CAESAR DIVI. AVG. PRON. AVG. S. C. *Pileus libertatis.* PON. M. TR. P. III. P. P. COS. TERT. R. C. C. *Remissio ducentesimæ ut in nummo Galbæ* R. XL. *id est, remissio quadragesimæ. Ducentesimæ igitur vectigal quod erat aurei semissis in centenarium: primus instituit Tiberius sublata centesima, remisit autem Caius, ut autor est Sueton. cap. 16.*

Orbis 4005. V. C. 793. I. C. 42.

C. Cæsar IIII. *Cn. Sentius Saturnin. Coss.* *Tr. p.* IIII. *Cos.* IIII.

Arg. C. CAESAR AVG. PONT. M. TR. P. IIII. COS. IIII. GERMANICVS CAES. P. C. CAES. AVG. GERM.

Arg. S. P. Q. R. P. P. OB C. S. *In corona ciuica.*

C. CAESAR DIVI AVG. PRON. AVG. P. M. TR. P. IIII. P. P. VESTA. S. C. *Vesta insidens subsellio, dextra pateram.*
C. CAESAR AVG. GERMANICVS P. M. TR. POT. PIETAS. DIVO AVG. S. C. *Sacrificium.*
C. CAESAR DIVI AVG. PRON. AVG. P. M. TR. P. IIII. P. P. PIETAS. DIVO AVG. S. C. *Vt superior.*

C. CAESAR DIVI AVG. PRON. AVG. P. M. TR P. IIII. IMP. II. P. P.
. . . . *Goltz. th.*

ΓΑΙΟΣ ΚΑΙΣΑΡ ΓΕΡΜ. ΣΕΒΑΣΤΟΣ ΑΡΧΙΕΡΕΥΣ ΜΕΓΑΣ ΔΗΜ. ΕΞ.
ΓΑΙΟΝ ΚΑΙΣΑΡΑ ΓΕΡΜΑΝΙΚΟΝ ΣΕΒ. ΑΡΧ. ΜΕΓ. ΔΗΜ. ΕΞΟΥΣ.
Γ. ΚΑΙΣΑΡ ΣΕΒ. ΓΕΡΜ. ΑΡΧ. ΜΕΓ. ΔΗΜ. ΕΞΟΥΣ. ΟΥΠΑΤ.
Γ. ΚΑΙCΑΡ CΕΒ. ΥΙΩΝΟC. ΘΕΟΥ CΕΒ. ΓΕΡΜ. ΑΡΧ. ΜΕΓ. ΔΗΜ. ΕΞ. ΟΥΠ. Γ.
Γ. ΚΑΙΣΑΡ ΣΕΒΑΣΤ. ΓΕΡ. ΑΡΧΙΕΡ. ΜΕΓ. ΔΗ. ΕΞΟΥΣ. Δ. Π. Π. ΣΕΛΕΥΚΕΩΝ. ΝΕΩΚΟΡΩΝ. *Goltz. th. 144.*
ΑΣΠΑΥΔΩΝΙΩΝ ΝΕΩΚΟΡΩΝ. *131.*

ΠΑΡΕΜΦΙΤΩΝ ΝΕΩΚΟΡΩΝ. 140.

ΦΡΥΓΙΩΝ ΚΟΙΝΟΝ. ΟΜΟΝΟΙΩΝ ΕΛΕΥΘΕΡΑΣ. 141.

ΠΑΜΦΥΛΙΩΝ ΚΟΙΝΟΝ. 140.

ΦΙΓΑΛΕΩΝ. 141.

ΣΠΑΛΕΘΡΑΙΩΝ ΝΕΩΚΟΡΩΝ. 145.

ΑΛΩΠΕΚΟΝΙΣΙΩΝ. 130.

ΒΥΖΑΝΤΙΩΝ ΜΗΤΡΟΠΟΛΕΩΝ. 132.

CΙΔΩΝΙΩΝ ΜΗΤΡΟΠΟΛΙΤΩΝ.

ΓΑΙΟΣ ΙΟΥΛΙΟΣ ΚΑΙΣΑΡ ΓΕΡΜ. ΣΕΒΑΣΤΟΣ.

ΓΑΙΟC. ΚΑΙC. ΓΕΡΜΑΝΙΚΟC CΕΒΑCΤΟC.

ΓΑΙΟΥ ΚΑΙCΑΡΟC ΓΕΡΜΑΝΙΚΟΥ CΕΒΑCΤΟΥ.

ΓΑΙΩ ΚΑΙΣΑΡΙ ΓΕΡΜΑΝΙΚΩ ΣΕΒΑΣΤΩ.

ΓΑΙΟΝ ΚΑΙΣΑΡΑ ΓΕΡΜΑΝΙΚΟΝ ΣΕΒΑΣΤΟΝ.

ΤΟΝ ΓΑΙΟΝ ΚΑΙΣΑΡΑ ΓΕΡΜΑΝΙΚΟΝ ΣΕΒΑΣΤΟΝ.

ΤΟΥ ΓΑΙΟΥ ΙΟΥΛΙΟΥ ΚΑΙΣΑΡΟΣ ΓΕΡΜΑΝΙΚΟΥ ΣΕΒ.

Hoc anno IX. *Cal. Febr. Caius occisus est, cùm ferè quadriennio imperasset.*

VXORES CAII.

IVNIA CLAVDIA.

Claudilla à Suetonio appellata Marci Syllani F. *Caio nupsit priusquam ad Imperium peruenisset, sed breui prægnans naturæ concessit.*

HORESTILLA.

Corneliam Orestinam Dion nominat, hanc intra paucos dies repudiatam biennio post relegauit. Sueton.

LOLLIA PAVLINA.

Hanc C. Memmio desponsatam perductam à marito sibi coniunxit, sed eius breui pertæsus, illam repudiauit, cum sterilem eam diceret.

CAESONIA MILONIA.

Neq; forma insignis, neq; ætate integra luxuriæ perditæ mulier à Caio admodum adamata, hæc quoniam ipsius impulsu Cæsar tot cædes in ciuitate perpetras-

petrasse dicebatur, à Lupo Centurione dum iuxta mariti cadauer sanguine conspersa, illius calamitatem defleret, occisa fuit, & cum ea IVLIA *filia parieti illisa. Ab hac porrò credebatur Caius medicamento amatorio potionatus, ut valetudinem neq; corporis, neq; animi integram habuisse feratur, præsertim cum puer comitiali sæpe laboraret, & insomnio usq; adeò vexatus sit, ut raro plus tribus horis nocte dormiret, ob id vultum habuit natura horridum, & & ex industria tetrum in terrorem formabat, quia oculos concauos cum temporibus excauatis in lata fronte gestabat, eminentis alioqui statura. Sueton. Iosephus li. 11. antiquit. Antiquus Satyricus ex hippomane id poculum apparatum fuisse ait, dum inquit.*

Si non & furere incipias, ut auunculus ille Neronis.
Cui totam tremuli frontem Cæsonia pulli, infudit, &c.

ΚΑΙΣΟΝΙΑ ΣΕΒΑΣΤΑ. *Goltz. th. 26.*

SORORES CAII.

Agrippina.
ΑΓΡΙΠΠΕΙΝΑΣ.

Iulia.
ΙΟΥΛΙΑΣ.

Drusilla.
ΔΡΟΥΣΙΛΛΑΣ.
ΘΕΑ ΔΡΟΥΣΙΛΛΑ. *Goltz. th. fol. 26.*

CLAVDIVS.

οἱ ἀφανεῖς τὸ γένος προσποιήσαιντο μὲν ἂν ἴσως καλοκαγαθίαν· τὸ δ' ἀγεννὲς αὐτῶν, συμφυτοί τινες ἐστὶν ὅτε φαυλότητες ἐξελέγχουσιν, οἷς δὲ προγονικὰ τῆς ἀρετῆς σπέρματα ἄνωθεν ἐγγεγένηται, τούτους οὐχ οἷόν τε ἀκέρανον τὴν ἀρετὴν οὐ μὴ διαφυλάττειν εἰς ἀεί.

TIBERIVS Claudius Drusi F. Germanici frater Lugduni nascitur, Iulo Antonio & Q. Fabio Max. Afr. Coss. v. c. 743. patre Druso Germanico, matre Antonia. Annum agens 50. regnare cœpit, à prætorianis militibus è latebris extractus: ac primus Imperium mercatus est, promittens singulis militibus quatuordena sestertia. Hic fuit despectissimus infans, hebes & stolidus, adolescens tandem in studijs eloquentiæ eò processit, ut historias scripserit; qua in re magistrum habuit Liuium: sed fatuitas eius multipliciter exagitata est, *350. Coronatos Gall.*

eſt, cùm præcipuè regeretur à libertis, quorum ingentia furta & ſycophantiam populus deteſtabatur. Edictum propoſuit, ut uberi vinearum prouentu benè dolia picarentur. Iudæos & Chriſtianos Roma expulit: Germanorum legatis in Orcheſtra ſedere permiſit, nihilo deteriorem virtutem ſuam prædicantibus quàm Parthorum & Armeniorum in Senatu ſedentium. Agrippinam Germanici fratris ſui filiam duxit in uxorem per inceſtum. Riſus ei fuit indecens, ſpumantibus labris, humentibus naribus, caput in quantulocunq; actu vel maximè tremulum, quod Agrippina tandem in cælum conſcendere iuſsit, porrecto ei boleto veneno infecto, conſcio Nerone, qui ſucceſsit. Imperauit annos XIII. menſes VIII. dies XX. Obiit ætatis anno LXIII. Vide Sueton.

Tr. p.
Coſ.
Deſ. II.
Imp. II.
Imperij primus.

Orbis 4005. V. C. 793. I. C. 42.

Arg. TI. CLAVD. CAESAR AVG. P. M. TR. P.
PRAETOR RECEPT. *Duæ figuræ ſtantes iungentes dexteras.*

TI. CLAVDIVS CAESAR AVG. P. M. TR. P. IMP. P. P.
NERO CLAVDIVS DRVSVS GERMAN. IMP. S. C. *Arcus triumphalis cum figura equeſtri, trophæum hinc inde.*
EX S. C. *alius* P. P. OB CIVES SERVATOS. *Corona ciuica.*
SPES AVGVSTA S. C. *Spei typus.*
CERES AVGVSTA. S. C. *Figura ſedens, dextra ſpicas, ſiniſtra haſtam.*
LIBERTAS AVGVSTA S. C. *Libertatis typus cum pileo.*
CONSTANTIAE AVGVSTI. S. C. *Conſtantiæ typus, figura galeata, ſiniſtra haſtam tenens, dextram in ſublime attollens.*
S. C. *Minerua ſtans, dextra pilum, ſiniſtra ſcutum.*

Æ. COL. AVG. IVL. PHILIP. *Duæ figuræ inſiſtentes baſi, altera Imp. altera Iouis imponentis lauream capiti Imp. in baſi* DIVVS AVG. *Claudius in Auguſti honorem erexit.*

Aur. TI. CLAVD. CAESAR AVG. GERM. P. M. TR. POT. P. P. *alij* TRIB.
AGRIPPINAE AVGVSTAE. *Caput Agrippinæ pulcherr.*

Arg. TI. ΚΛΑΥΔΙΟΣ ΚΑΙΣ. ΓΕΡΜ. ΑΡΧ. ΜΕΓ. ΔΗΜ. ΕΞΟΥΣ. ΟΥΠΑΤΟΣ.
Auerſa Auguſti caput cum ſeptem ſtellis.

TI. CLAVDIVS CAESAR AVG. *Videtur pileus libertatis.*
PONT. M. TR. P. IMP. P. P. S. C.

Orbis

Orbis 4006. V. C. 794. I. C. 43.

T. Claudius II. C. Licinius Cæcinna Largus. Coss. Tr. p. II. Cos. II. Desig. III. Imp. III. IIII. Imperij 2.

Aur. TI. CLAVD. CAESAR AVG. GERM. P. M. TR. P.

Arg. CONSTANTIAE AVGVSTI. *Figura insidens subsellio, dextrum indicem attollens. Constantiæ sedentis typus, cùm aliàs stans reperiatur.*

PRAETOR RECEPT. *Duæ figuræ iungentes dexteras.*

Aur. TI. CLAVDIVS CAESAR AVG. GERM. P. M. TRIB. POT. P. P.

Arg. NERO CLAVD. CAES. DRVSVS GERM. PRINC. IVVENT. *Facies Neronis Claudij Drusi.*

Æ. TI. CLAVDIVS CAESAR AVG. *Bilanx, sub qua* P. N. R.

PON. MAX. TR. P. IMP. COS. DES. IT. S. C. *Minutum æreum*

VALER. MESSALLA AVG. *Caput Messallinæ.* *(numisma.*

Orbis 4007. V. C. 795. I. C. 44.

Ti. Claudius III. L. Vitellius II. Coss. Tr. p. III. Cos. III. Imp. V. Imper. 3.

Aur. TI. CLAVD. CAESAR AVG. P. M. TR. P.

Arg. DE GERMANIS. *Arcus triumph. ut suprà in Druso.*

Aur. CONSTANTIAE AVGVSTI. *Figura sedens, dextram ori admouens.*

Orbis 4008. V. C. 796. I. C. 45.

L. Quinctius Crispin. T. Statilius Taurus Coss. Tr. p. IIII. Cos. III. Imp. VI. VII. Impe. 4.

Aur. TI. CLAVD. CAESAR AVG. P. M. TR. P. IIII.

IMPER. RECEPT. *Castra prætoria.*

PACI AVGVSTAE. *Pacis simulachrum penitus Hieroglyphicum* [e]*st. Sinistra caduceum tenet, quo & serpentis caput tangit, ut sopitum bellum in*[si]*nuatur, nota enim de hoc Mercurij baculo fabula, quod eo ille anguium duorum* [p]*ugnam diremisse dicatur, unde & apud Romanos qui de pace Legati, Caduceato*[r]*es dicebantur, ut est apud Liuium. Manu altera bullam de collo dependentem, velut ori admoturam, aut sibi ob oculos posituram prætendit, quo nihil in pace ficti* [e]*sse debere denotatur. Bulla enim ut vult Macrobius cordis erat figura, & quidem* [a]*pud Ægyptios, qui iudicijs præerant bullam collo suspensam gerebant aurea cate*[n]*a, varijs ornatum gemmis, quam veritatem appellabant, hanc sibi illi ob oculos* [i]*nter indicandum proponebant, ut est apud Diodorum Siculum. Erat & bulla ea*[d]*em triumphantium gestamen apud Macrobium eundem. Pacem verò alatam* [f]*ecerunt, quod perpetua non sit, & diligenti cautione sit retinenda. Vestis fluxa sin*[c]*eritatem denotat, & ocium. Ad bellum enim ituri, in procinctu esse di*[c]*ebantur, ut Horatius Gratias zonis solutas facit. Augusta dicitur, quod augu*[r]*io consecrata & ab Augusto hæc coleretur ut Dea, nempe quæ & templum habe*[b]*et. Sic & Fortuna Augusta quæ in Imp. cubiculis poni solita erat. Pax igitur Au*[g]*usta dicta quasi augurio consecrata, neq; enim licuit apud veteres simulachrum* [q]*uodlibet indifferenter colere, sed ea tantum quæ certis ritibus consecrata essent,*

consecrationem verò ratam faciebat auium gestus aliquis gustusue. Hæc Io. Vinianus Valentinianus amicus meus vir doctus p. m.

M. Viniti. Quartinus II. *T. Statili. Messalla Coruinus Coss.* *Tr. p.* V. *Cos.* III. *Desig.* IIII. *Imp.* VIII. IX. X. XI. *Claudij* 5.

Orbis 4009. V. C. 797. I. C. 46.

Arg. TI. ΚΚΑΥΔΙΟΣ ΚΑΙ ΣΕΒ. ΓΕΡΜ. ΑΡΧ. ΜΕΓ. ΔΗΜ. ΕΞΟΥΣ.
Caput Augusti cum septem stellis. rarus Alb. princ. ΟΥΠΑΤ.

Ingens fames hoc anno per uniuersam Europam & Asiam cœpit, quæ aliquot annos perseuerauit, ut constat ex historiis & Actis Apost. cap. XI.

Ἄγαβος ἐσήμανε διὰ τοῦ πνεύματος λοιμὸν μέγαν μέλλειν ἔσεσθαι ἐφ' ὅλην τὴν οἰκουμένην, ὅστις καὶ ἐγένετο ἐπὶ Κλαυδίου Καίσαρος.

P. Valerius Asiaticus II. *M. Iunius Silanus Coss.* *Tr. p.* VI. *Cos.* IIII. *Imp.* XI. XII. XIII. *Claudij* 6.

Orbis 4010. V. C. 798. I. C. 47.

Aur. TI. CLAVD. CAESAR AVG. P. M. TR. P. VI. IMP. XI.
PACI AVGVSTAE. *Post victoriam Britannicam.*
S. P. Q. R. P. P. OB C. S. *In corona quercea.*
IMPER. RECEPT. *Castra prætoria.*

Aur. DE BRITANN. *Arcus triumph. cum duobus trophæis & figura equestri militari, ut inferior* V. C. 801.

Æ. TI. CLAVDIVS CAESAR AVG.. *Vas quoddam frumentarium.*
PON. M. TR. P. IMP. P. P. COS. III.

Ti. Claudius IIII. *L. Vitellius* III. *Coss.* *Tr. p.* VII. *Cos.* IIII. *Imp.* XIIII. *Claudij* 7.

Orbis 4011. V. C. 799. I. C. 48.

Arg. T. CLAVDIVS CAESAR AVG. P. M. TR. P. VII. IMP. XIIII.
PACI AVGVSTAE.
SAECVLARIA SACRA. *Fig.* V. *stantes sacrif. ritu.* *Io. Baldingeri raru*

A. Vitelli. L. Vipsani. Poblicola Coss. *Tr. p.* VIII. *Imp.* XV. *Cos.* IIII. *Claudij* 8. *Ludi saculares* VI.

Orbis 4012. V. C. 800. I. C. 49.

Arg. TI. CLAVD. CAES. AVG. GERM. P. M. TR. P.
NERO CLAVD. CAS. DRVSVS GERM. PRINCEPS IVVENT
CONSTANTIAE AVGVSTI. *Figura sedens, dextram eleuans.*

Claudius primus post Augustum Anno V. C. 800. *ludos seculares* VI. *ipso* IIII *& L. Vitellio* III. *Coss. quasi anticipatos ab Augusto, nec legitimo tempori reseruatos, fecit ex* S. C. *à ludis sæc. Augusti 63. annis intercedentib. Plin. li. 7. cap. 48*

Tacitu

Tacitus li. 11. & praeconis vocem irrisam Tranquillus scribit, inuitantis populum ad eos ludos, quos nemo vidisset, neq; visurus esset, cum multi adhuc viuerent eorum, qui priores spectarunt, aliquos etiam histriones qui in his egerant producerentur.

Orbis 4013. V. C. 801. I. C. 50.

Aur. TI. CLAVD. CAESAR AVG. P. M. TR. P. VIIII. IMP. XVI.
S. P. Q. R. P. P. OB C. S. *Corona quercea.*

Arg. DE BRITANN. *Arcus triumph. cum equestri fig. decurrente, & 2. trophaeis.*

Aur. TI. CLAVD. CAESAR AVG. P. M. TR. P. VIIII. IMP. XVII.
CONSTANTIAE AVGVSTI. *Constantiae sedentis typus.*

TI. CLAVDIVS CAESAR AVG. P. M. TR. P. IMP. P. P.

P. P. OB CIVES SERVATOS.

EX S. C. OB CIVES SERVATOS.

Q. Verennius. C. Pōpeius Gallus Cos. T p. IX. Cos. IIII. Imp. XVI. Claudij 9.

Orbis 4014. V. C. 802. I. C. 51.

Aur. TI. CLAVDIVS CAESAR AVG. P. M. TR. P. X. P. P. IMP. XVII.

Arg. PACI AVGVSTAE. *ut sequens. alij* IMP. XVIII. & XIIX.

C. Antisti. Vetus. M. Suillius Seruilian. Coss. Tr. p. X. Cos. V. Imp. XVII. XVIII. Claudii 10.

Orbis 4015. V. C. 803. I. C. 52.

Arg. TI. CLAVD. CAESAR AVG. P. M. TR. P. XI. IMP. P. P. COS. V.
PACI AVGVSTAE. *Dea Pax alata, sinistra caduceum cum serpente, dextra collo admouens bullam, ut supra.*
S. P. Q. R. P. P. OB C. S. *Corona quercea.*

Ti. Claudius V. Ser. Cornelius Orfitus Coss. Tr. p. XI. Cos. V. Imp. XIX. Claudii 11.

Orbis 4016. V. C. 804. I. C. 53.

Æ. TI. CLAVDIVS CAESAR AVG. P. M. TR. P. IMP. P. P.
TI. CLAVD. DRVSI F. CAES. AVGVSTVS GERMANICVS PONTIF. MAXIM. TR. POT. XII. IMP. XVII.
S. P. Q. R. P. P.

AQVAS
CLAVD. EX FON.
TIB. QVI VOCA.
BANTVR CAERVL. ET
CVRT. A MILL. XXXV.
ITEM ANIENEM.
NOVAM A MILL. LXII.
S. IMPENS. IN VRB.
PERDVC. CVR.

Vide ... nū sit ... XXXXV. ... t in saxis.

In corona quercea pulcherr. & rariss. Alb. princ.

Faustus Sulla. Saluius Otho Coss. Tr. p. XII. Cos. V. Imp. XXVI. XXVII. XXVIII. Claudii 12.

In id

In id opus Claudij erogata sunt talentûm sexaginta millia, cuius calculum Budæus ponit auri millionem, trecenta insuper & octoginta quinque millia coronatorum, & quingentos coronatos.

D. Iunius Silanus. Q. Haterius Antoninus Coss. Tr.p. XIII. *Cos.* V. *Imperij 13.*

Orbis 4017. V. C. 805. I. C. 54.

Æ. TI. CLAVDIVS CAESAR AVG. P. M. TR. P. IMP. P. P.
IMP. T. VESP. AVG. REST. S. C. *Figura stolata stans, dextra ramum lauri aut oleæ protendens in sublime, sinistra stolam leuans. Fortè Spei typus, dextra lilium gestans, sicut in alijs quoq; nũmis cernitur.*

M. Asinius Marcellus. M. Acilius Auiola Coss. Tr.p. XIIII. *Cos.* V. *Imp.* XXVII. *Imperij 14.*

Orbis 4018. V. C. 806. I. C. 55.

Aur. DIVVS CLAVDIVS AVGVSTVS.
EX S. C. *Quadriga.*

Hoc anno ad III. *Idus Octobris Tib. Cl. Aug. Germ. moritur, anno ætatis 64. Imperij 14. vir natura sæuus & sanguinarius, alioquin timidus, & ad omnia pauidus, profusissimæ in feminas libidinis, aleæ studiosus, veneno necatus ab Agrippina uxore. Hinc illud Iuuen. Satyra 6.*

——minus ergo nocens erit Agrippinæ
Boletus, siquidem unîus præcordia pressit
Ille senis, tremulumq; caput descendere iussit
In cælum, & longa manantia labra saliua.

Æ. TI. ΚΛΑΥΔΙΟΣ ΚΑΙΣΑΡ.
ΜΑΚΕΔΟΝΩΝ ΣΕΒΑΣΤΟΣ. *Patera magna. Erizzo 87.*
ΑΜΒΑΣΙΤΩΝ ΜΗΤΡΟΠΟΛΕΩΝ. *Goltz. th. 130.*
ΛΑΚΩΝΙΚΩΝ ΚΟΙΝΩΝΙΑ. 137
ΦΑΡΑΘΟΝΕΙΤΩΝ.

TI. ΚΛΑΥΔ. ΚΑΙC. CEBAC. *Claudij caput.*
ΑΥΤΟ. ΕΤΑ. *Figura statuaria cum barba prolixa.*
ΣΑΝΔΑΛΙΕΩΝ ΠΡΩΤΩΝ ΚΟΙΝΩΝΙΑ. *144. Goltz. th.*

ΑΥΤΟΚΡΑ.
ΛΑ. *Dextra nuda tenens tria papauera, & duas spicas.*
ΚΛΑΥΔΙΟC ΒΑCΙΛ ΗΡΩΔΗC ΦΙΛΟC. *Caput Claudij.*
ΚΛΑΥΔ.
ΙΩ ΚΑΙΣΑ
ΡΙ ΣΕΒΑΣ *In corona laurea.*
ΤΩ. Ε. Τ. Γ.

TIBE-

ΤΙΒΕΡΙΟΣ ΚΛΑΥΔΙΟΣ ΚΑΙΣΑΡ ΣΕΒΑΣΤΟΣ.
ΓΕΡΜΑΝΙΚΟΣ ΑΥΤΟΚΡΑΤΩΡ ΠΑΤΗΡ ΠΑΤΡΙΔΟΣ.
Diana gradiens cum ceruo, dextra Dianæ polymammæ simulachrũ, sinistra Victoriolam tenens.

ΓΑΒΑΘΙΝΩΝ ΝΕΩΚΟΡΩΝ.
ΠΑΡΕΜΦΙΤΩΝ ΤΗΣ ΙΕΡΑΣ ΚΑΙ ΑΣΥΛΟΥ. *Goltz. th. 140.*

ΤΙ. ΚΛΑΥΔΙΟΣ ΚΑΙΣΑΡ ΓΕΡΜΑΝΙΚΟΣ ΣΕΒΑΣΤΟΣ.
ΥΠΙΟΛΛΑΝΤ. ΣΕΛΕΥΚΟΥ ΜΑΚΕΔ. *Figura stolata stans, dextra temonem cum globo, sinistra cornucopia.*
ΤΙΒ. ΚΛΑΥΔΙΟΣ ΚΑΙΣΑΡ ΑΡΧΙ. ΜΕΓ. ΔΗΜ. ΕΞ. ΙΔ.

ΚΛΑΥΔΙΟΥ ΡΟΥΦΟΥ ΑΝΘΥΠΑΤΟΥ ΠΑΤΡΗ.
Caput femininum velatum.
ΤΙ. ΚΛΑΥΔ. ΚΑΙΣ. ΣΕΒΑΣΤ. ΓΕΡΜΑΝ. ΑΥΤΟΚ. L. ΙΔ.

TI. CLAVDIVS CAESAR AVG. P. M. TR. P. IMP. P. P. S. C.
Figura togata stans, dextra acerram seu capedunculam.
LIBERIS AVG. COL. A. A. P. *Colonia Augusta Patrensis.*
Duplex cornucopiæ, cui imposita sunt duo capita muliebria, & unum intermedium virile, sunt autem liberi Claudij Antonia, Octauia, & Britannicus in medio duarum.
Fig. togata. De Toga Isidorus li. 19. Etymologiarũ. Toga dicta est quod velamẽto sui corpus tegat atq; operiat. Est autem pallium purum, forma rotunda & fusiore, & quasi inundante sinu, & sub dextra veniens supra humerum sinistrum ponitur, cuius similitudinem in operimentis simulacrorum vel picturarum aspicimus, easq; statuas togatas vocamus. Toga autem Romani in pace utebantur, belli verò tempore paludamentis. Mensura togæ iustæ si sex ulnas habet.

ΘΕΙΟΣ ΚΛΑΥΔΙΟΣ *alius* ΘΕΙΟΝ ΚΛΑΥΔΙΟΝ. *Goltz. 28.*

VXORES CLAVDII.

AEMILIA LEPIDA.

L. Aemilij Pauli Censoris filia, atq; Iulia Augusti nepte genita, Claudio admodum adolescenti nupta. quæ tamen virgo ab ipso repudiata.

LIVIA MEDVLLINA.

Aemiliæ in Claudij matrimonium ſucceſsit, cum priuatus adhuc eſſet ciuis & prætextatus, verum die nuptijs deſtinato, valetudine correpta, extincta eſt. Sueton.

PLAVTIA VRCVNALILLA.

Sic eam Torrentius Comm. in Sueton. nominat ex antiqua inſcriptione & Tacito li. IIII. Hæc cum & minus honeſta videretur, & ob libidinum probra maximè turpis, ab eo repudiata, atq; eius filia CLAVDIA ad matris ianuam expoſita, & nuda abiecta eſt. Sueton. in Claudio.

AELIA PETINA.

Claudio nondum Imperatori nupſit, quæ cum illi Antoniam peperiſſet, vel ob minimas offenſas repudium paſſa eſt. Tranquillus in Claudio.

VALERIA MESSALLINA.

Portentoſæ libidinis mulier, ab Epicrate Myconia dicta, quaſi murinam dixeris, à murium ſalacitate, unde illud Martialis.

Nam cum me murem cum me tua lumina dicas.

Hæc & libidine & auaritia omnes mulieres, quæ & ante illam & poſtea fuerunt, & ad noſtra uſq; tempora longè ſuperauit, tandem poſt multa flagitia perpetrata, in hortis Lucullianis, Claudij iuſſu interempta. Dion & Sueton.

AGRIPPINA.

οὐκ ἔστιν οὐδὲν τῶν ἀνθρωπίνων ὁμοίως ἀσταθές τε καὶ ῥευστὸν, ὥσπερ ἡ δόξα, ἡ μὴ ἰδίᾳ δυνάμει, ἀλλὰ τῇ δυναστείᾳ ἐρειδομένη.

IVLIA Agrippina, Germanici Cæſaris & Agrippinæ neptis Auguſti filia, Auguſti proneptis, Caij ſoror, Neronis mater, Tiberij Claudij Imp. coniunx, unicum humanæ felicitatis ad hunc diem exemplum Plinio commemoratur: quippe patre Imperatore nata, & ſoror & uxor & mater rebus Romanis imperantium enituit, virilibusq; curis muliebria vitia exuiſſe dicitur. Hæc primùm Cn. Domitio in matrimonium tradita, ſuſceptoq; filio poſt mortem eius, ceſsit in matrimonium Paſſieni Criſpi, tandem defuncta Meſſallina, partim ſtudijs Pallantis, partim ſuis illecebris patrui coniugium obtinuit. quod etſi inceſtum ad id tempus habebatur, arte tamen P. Vitellij perfectum eſt, ut à S. P. Q. R. eiuſmodi nuptiæ probarentur. Agrippina nihil humile ſentiens, totam illico ciuitatem ad ſe ſuaq; imperata conuertit, coniugium Octauiæ, cuius nouerca erat (Claudij nimirum ex Meſſallina filię, Britannici ſorori) & adoptio-

adoptionem Neroni filio, ſibi verò nomen & appellationem Auguſtæ citra negotium impetrat. Iam & ſocijs & exteris nationibus vim ſuam oſtenſura, in oppidum Vbiorum, ubi genita erat, quamq; gentem auus Agrippa Rhenum tranſgreſſam in fidem acceperat, veteranos coloniamq; deducit, Agrippinamq; vocat; nec his ſatiata, ſignis Romanis præſidere femina, carpento in Capitolium vehi, quod ſolis ſacerdotibus conceſſum, non extimuit. Claudio naualis prœlij ſpectacula edenti, ipſa chlamyde ex auro texta aſſedit, quemadmodum auctores ſunt Plinius lib. 33. cap. 3. & Cornelius Tacitus hiſtoriæ Auguſtæ lib. 12. Hæc etſi ambitionem immodicam, ac ingens regnandi ſtudium arguerent; attamen in principe femina, & quæ ſe parti à ſuis maioribus Imperij ſociam vellet, ferri poterant: ſed interim impotentis animi mulier, opibus aliorum inhiare, cædibus procerum & propinquorum inſiſtere, ſeq; vulgare libertis non deſtitit; quibus flagitijs compertis, Claudius, quem iam adoptionis pœnitere cœperat, per temulentiam, fatale ſibi eſſe ait, ut coniugum flagitia ferret, deinde puniret: tum territa Agrippina, ſimulatq; leui ægritudine correptus eſt Claudius, occaſionem eam non negligendam rata, venenum comparat, adiuuante Locuſta quadam, veneficij damnata, venenoq; cibo boletorum infuſo Claudium perimit. Id facinus poſtea adeò innotuit, ut Nero boletos cibum deorum appellare ſit ſolitus, & ad Claudij deificationem Iuuenalis ſcripſerit:

Vilibus ancipites fungi ponantur amicis,
Boletus domino, ſed qualem Claudius edit
Ante illum uxoris, poſt quem nihil amplius edit.

Euecto ad Imperium filio, ſi unquam aliâs, tum primùm dominationis cupidine flagrare cœpit. Senatu in Palatium vocato, diſcreta velo aſſidebat, ſingulorum ſententias obſeruans. Legatis Armeniorum cauſam gentis apud Neronem orantibus, aſcendere ſuggeſtum Imperatoris & præſidere ſimul parabat, niſi à proximis admonitus Nero venienti matri occurriſſet, ſpecie pietatis conatibus eius eluſis. His rebus offenſo Nerone, & quia ſæpe acerbius ipſum obiurgabat, terrorem & minas de Britannico intentans, magna parte potentiæ exuitur à filio, remouentur ab ea militares excubiæ, & cuſtodes Germani, ſeponitur in aliam domum, ne cœtu ſalutantium frequentaretur: ita ſtatim ab omnibus deſeri cœpta. Tradunt nonnulli cupiditate retinendæ potentiæ, filio ſui copiam & inceſtum obtuliſſe. At Nero vitatis eius ſecretis congreſſibus, quòd prægrauem ſibi iudicaret, interficere conſtituit. Impoſita igitur naui fallaci & ſolutili, ut in mari mergeretur, ubi nando periculum hoc euaſit, immittuntur percuſſores, quorum uno ſtringente ferrum, uterum ipſa protendens, ventrem feri, exclamauit; & adijciens, Hic eſt, hic eſt feriendus ferro, monſtrum qui tale tulit. Hac edita voce triſtem animam reddit. Sunt qui tradant Agrippinam huius fati ſui non ignaram fuiſſe, idq; ex vaticinio cuiuſdam mathematici, qui conſultus ab ea de fortuna filij, cùm ex aſtrorum ſcientia reſpondiſſet, fore quidem ut imperaret, ſed matrem occideret; fertur illa velut

amens exclamasse, ἀποκτεινήτω με, μόνον βασιλευσάτω. Periit principatus filij anno quinto, v. c. 810.

Æ. AGRIPPINA AVGVSTA.
FLACCVS IIIVIR. *Duo monstra marina cum icuncula.*

Arg. AGRIPPINAE AVGVSTAE.
VENVS CAELESTIS. *Venus stans, dextra pomum, sinistra hastam tenens. Constant. Landus 144.*

Æ. ΑΓΡΙΠΠΙΝΑ СΕΒΑСΤΗ.
ΕΙΡΗΝΗ L IB. *Caput Veneris spicatum. Ant. Aug. Tab. 23.*
ΑΙΣΑΝΙΤΩΝ. *Goltz. th. 129.*

BRITANNICVS.

BRITANNICVS Tiberij Claudij ex Valeria Messallina, quam tertio loco duxerat uxorem, filius, natus est vigesimo die Imperij, in secundo patris consulatu, cognomine à deuictis Britannis indito, cùm antea Germanicus vocaretur. Eum paruulum etiam tum & militibus pro concione manibus gestans, & plebi per spectacula gremio, aut ante se continens pater assiduò commendabat, faustisq; ominibus acclamantium turba prosequebatur. postea tamen ab Agrippina ita immutatus est Claudius, ut adoptatum Neronem filio præponeret, non sine multorum reprehensione. Nero simulatque Imperium adeptus est, fratrem postremum Claudiorum sanguinem, veneno sustulit, v. c. 806. Facinus id principatus noui primum prudentes ac cordatos homines fallere non potuit, nam liuoribus & maculis, quas toto corpore venenum excitarat, abundè proditum est. Nero ad contegendas eas corpus gypso lini iussit. verùm cùm id efferretur, decidente copioso imbre detersum est tectorium, & sceleris immanitas omnibus patuit.

Orbis 4019. v. c. 807. I. C. 56.

Æ. . . . . . . ΒΡΕΤΑΝΝΙΚΟΣ. *Facies Britann. admodũ iuuenilis*
ΜΗΤΡΟΠΟΛΕΩΣ ΕΤΙΜΙΝΑΙΟΥ. ΒΑΛ. . . . ΝΙΚΟ
Dimidiata nauis. Hunc unicum Britannicum vidi apud Illustris Albertum Bauariæ principem.

NERO

NERO.

πονηροκρατοῦμαι.

τὸ τεχνεῖον πᾶσα γαῖα τρέφει.

NERO Romæ naſcitur, Cn. Acerronio Proculo, & C. Pontio Nigrino Coſſ. Cn. Domitio Ahenobarbo patre, Iulia Agrippina Germanici filia, matre. In eius genitura multa & formidoloſa acciderunt; quare miſit Meſſallina uxor Claudij, qui eum ſtrangularent; ſed illi dracone è puluino prolato fugiebant, & poſtea deprehenſæ ſunt circum ceruicalia ſerpentis exuuiæ. Vndecim annorum à Claudio eſt adoptatus, & Annio Senecæ tunc Senatori in diſciplinam traditus. Anno ætatis 17. Imp. fit à militibus, cùm promiſiſſet eis tantundem pecuniæ, quantum Claudius dederat. Cæſar factus cùm de ſupplicio cuiuſdam capite damnati, ut ex more ſubſcriberet, admoneretur, Quàm vellem (inquit) neſcire litteras. In Achaia Iſthmum perfodere aggreſſus eſt, & raſtello humum primus perfoſſum, humeris extulit. Valde prodigus fuit, & nullam veſtem bis induit, piſcatus eſt reti aureo, purpura funibus nexis, & ſoleis mularum argenteis profectus eſt cum uxore Poppæa. Agrippinam matrem increpantem grauiter tulit, cui Baias euocatæ lacunar fruſtra laxauit, corrupto nauigio, inde tamen enatauit; deinde occidi eam iuſſit; quam cùm diſſecarent aſtitit, & quædam membra vituperauit, quædam laudauit, inquiens, *οὐκ εἴδον ὅτι οὕτω καλὴν μητέρα εἶχον.* Duas item coniuges, Octauiam & Poppæam, & multos præſtantes viros interfecit, & inter hos Senecam præceptorem, cùm priùs perſanctè iuraſſet, periturum ſe potius quàm ei nociturum. Exercuit magnam ſæuitiam in Chriſtianos, hac occaſione, quòd cùm magna pars urbis incendio periiſſet, quod ipſe volente eius familia direptionum cauſa excitauerat, falsò dixit auctores eſſe Iudæos, quo nomine tunc & Chriſtianos comprehendebant. Ipſe quoque aliquando urbem incendit, pertæſus antiquorum ædificiorum. arſit quicquid memorabile ex antiquitate durauerat. quod incendium è turri Mæcenatis proſpectans, lætus Haloſin Ilij decantauit ſcenico habitu. Senatum uniuerſum veneno necare, & urbem à Gallis incendi permittere voluit. tandem audita contra eum Galbæ defectione, collapſus & animo fractus, diu ſine voce iacuit. poſteà caput conuerberauit, & veſtem ſcidit, præteritorum veniam in foro precari voluit, ſed timuit ne, priuſquam illuc veniret, diſcerperetur. Cùm Galbæ exercitus ſuperueniret, monitus ut ſpecum egeſtæ arenæ ſubiret, negauit ſe viuum ſub terram iturum, militibus ad ſupplicium eum quærentibus, ferrum iugulo adegit, iuuante Epaphrodito à libellis. Prodiit aliquando ſine cinctu & diſcalceatus, imitari volens facta Herculis, leone ad eam rem cõparato, & Romam Neropolim, & menſem Neroneum appellari voluit. Interitum eius lauri, quæ à Liuia plantatæ fuerant, & genus albarum gallinarum, quæ antè occiderant, non obſcurè denunciarunt. Xiphilin.

Prima Chriſtianorũ perſecutio ſub Nerone.

A Vindice & Rufo cõiuratione facta.

Orbis 4017. V. C. 805. I. C. 54.

D. Iunius Silanus. Q. Hateri. Antonin. Coss.

Aur. NERO CLAVD. CAES. DRVSVS GERM. PRINC. IVVENT.

Arg. SACERD. COOP. IN OMN. CONL. SVPRA NVM. EX S. C.

Neronis Cæsaris nummus est, atq; ut ex Tacito constat, XVIII. *annorum cùm proconsulatum extra urbem obtinuisset, simul Princeps iuuentutis fuit dictus. Drusi quidem vox suspicionem de altero Claudio facilè obiecerit, sed scimus ex aliis quoq; ipsum hoc cognomen à patre adhibuisse. Alter verò nunquam Cæsar, sed Imperator in nummis scribitur.*

NERO CLAV. CAES. AVG. IMP. VRINO VOLVMNIO. *Caput iuuenile.*

NERO CLAV. CAES. AVG. IMP. OCTAVIA AVG. F. *Duo capita Neronis & Octauiæ, in quorum verticibus ☉ & ☾.*

Ante imperium adquisitum, statim post adoptionem.

Orbis 4018. V. C. 806. I. C. 55.

M. Asinius Marcellus. M. Acilius Auiola Coss. Tr. pot. cũ Imperio accepit.

Æ. NERO CLAVD. CAES. AVG. GERM. *Basis cum scuto.*

P. M. TR P. IMP. P. P. S. C. *Cum ramo lauri & noctua; minutus nummus.*

Aur. *Eadem inscript. Apollo citharam pulsans. Neronis Imp. habitu Citharedico effigies, quo habitu etiam nummum percussit Suet. teste. Vide Torrentium comment. in Sueton.*

Ead. inscript. Figura insidens spolijs, dextra lauream.

ΑΥΤ. ΝΕΡΩΝ ΚΛΑΥΔΙΟΣ ΚΑΙΣ. ΣΕΒΑΣΤ. ΓΕΡ. ΔΗΜ. ΕΞΟΥΣ.

ΝΕΡΩΝ ΚΛΑΥΔ. ΚΑΙΣ. ΣΕΒΑΣΤ. ΑΥΤΟΚΡΑΤ. L. A.

Orbis 4019. V. C. 807. I. C. 56.

Imp. Nero. L. Antistius Vetus. Coss. Tr. p. II. Cos. design.

Aur. NERONI CLAVDIO DRVSO GERM. COS. DESIG.

Arg. EQVESTER ORDO PRINCIPI IVVENT. *In medio clypeo.*

Tacitus lib. XII. *de Nerone à Claudio iam adoptato: Et Cæsar adulationibus Senatus liberis cessit, ut vicesimo ætatis anno Consulatum iniret, atq; interim designatus proconsulare Imperium extra urbem haberet, ac princeps iuuentutis appellaretur.*

ΑΥΤ. ΝΕΡΩΝ ΚΛΑΥΔ. ΚΑΙΣ. ΣΕΒ. ΓΕΡΜ. L. B.

Aur. IMP. NERO CAESAR AVG. P. P. *Caput laureatum.*

IVPPITER CVSTOS. *Iuppiter sedens, dextra fulmen, sinistra hastam.* *Harzeri.*

ΝΕΡΩΝ ΚΑΙΣΑΡ ΣΕΒΑΣΤΟΣ ΕΤΟΥΣ ΔΕΥΤΕΡΟΥ.

Arg. NERO CAESAR AVGVSTVS. *in alijs additur* GERMANICVS.

VESTA. *Templum Vestæ.*

Aur. SALVS. *Dea Salus insidens subsellio, cum patera in dextra.*

Arg. IVPPITER CVSTOS. *Iuppiter insidens subsellio, cũ fulmine dextra.*

CONCORDIA AVGVSTA. *Figura insidens subsellio, cum patera dextra, sinistra cornucopiæ.*

AVGV-

AVGVSTVS AVGVSTA. *Duæ figuræ, altera radiata Diui Aug. dextra pateram, sinistra hastam puram tenentis; altera Liuiæ, dextra pateram, sinistra duo cornuacopiæ gestantis.*

Placuit Neroni Iuliorum familiæ ultimo, Augustum Liuiamq; auiam suam honoribus prosequi, cùm illis tanquam Dijs statuas erexerit, earumq; exempla hoc nummo impresserit cum pateris in manibus, quæ numinis sint argumentum, quoniam ex his libabatur, antiquorumq; Dij sæpius his significabantur. Aeneas Vicus in Liuia.

Aur.

Arg ROMA. *Roma insidens spolijs.*

Orbis 4020. V. C. 808. I. C. 57. *Q. Volusius Saturnin. P. Cornelius Scipio Coss. Tr. p.* III. *Cos.*

Aur. NERO CAESAR AVG.. IMP.

Arg. PONTIF. MAX. TR. P. III. COS. II. *in alijs.* P. P. EX S. C. *Corona quercea.*

ΑΥΤΟΚ. ΝΕΡΩΝ ΚΛΑΥΔ. ΚΑΙΣ. ΣΕΒ. ΓΕΡΜ. L.Γ.

Aur. NERO CLAVD. DIVI F. CAES. AVG. GERM. IMP. TR. P. COS. *Facies Neronis & Agrippæ.*

Arg. AGRIPP. AVG. DIVI CLAVD. NERONIS CAES. MATER EX S. C. *Quadriga elephantorum, quibus uterq; insidet, in manibus signa militaria.*

ΑΥΤ. ΝΕΡΩΝ ΚΛΑΥΔ. ΚΑΙΣ. ΣΕΒ. ΓΕΡ. ΟΥΠΑΤ.

Arg. NERONI CLAVD. DIVI F. CAES. AVG. GERM. IMP. TR. P. EX S. C. *Corona quercea.*

AGRIP. AVG. DIVI CLAVD. NERONIS CAES. MAT. *Facies Neronis & Agrippæ aduersæ.* (*aliqui* MATER.

Æ. NERO CLAV. CAESAR IM. *Neronis facies cum lituo.*

S. C. *In corona ciuica.*

Æ. NERO CLAVD. CAESAR AVG. P. M. TR. P. IMP. P. P.

ARA PACIS. *Ara.*

NERO CLAVD. DIVI F. CAES. AVG. GERM. P. M. TR. P. COS. IMP. *alij addunt* P. P.

Orbis 4021. V. C. 809. I. C. 58. *Nero* II. *L. Calpurnius Piso Coss. Tr. p.* IIII. *Cos.* II.

Aur. NERO CAESAR AVG. IMP.

PONTIF. MAX. TR. P. IIII. P. P. EX. S. C. *Corona quercea.*

ΝΕΡΩΝ ΚΛΑΥΔ. ΚΑΙΣ. ΣΕΒΑΣΤ. ΑΥΤΟΚΡΑ. L.Δ.

Aur.

Aur. NERO CAESAR. *Neronis facies.*

AVGVSTVS GERMANICVS. *Imp. radiatus stans, sinistra victoriolam, dextra ramum oleæ. Simulachrum esse puto Diui Claudij, qui Neronem adoptauerat, is enim Germanicus cognominabatur, ut & Caius, at eius omnia acta & titulos aboleuerat idem Claudius.*

Nero III. *M. Valeri. Messalla. Coss. Tr. p.* V. *Cos.* III.

Orbis 4022. V. C. 810. I. C. 59.

Aur. NERO CAES. AVG. *alij* GERM. IMP.

Arg. PONTIF. MAX. TR. P. V. P. P. EX S. C. *Figura galeata stans, cui sub sinistro pede globus, dextra veluti clypeum tenet.*

ΑΥΤ. ΝΕΡΩΝ ΚΛΑΥΔ. ΚΑΙΣ. ΣΕΒ. ΓΕΡΜ. ΟΥΠΑΤ. ΤΡΙΤΟΝ Π. Π.

Aur. NERO CAESAR AVGVSTVS.

PACE P. R. VBIQ. PARTA IANVM CLVSIT. *Templum Iani.*

PACE P. R. TERRA MARIQ. PARTA IANVM CLVSIT. *Idem.*

Æ. IMP. NERO CLAVD. CAES. AVG. GERM.

PACE P. R. VBIQ. PARTA IANVM CLVSIT. S. C. *Templum Iani.*

ΝΕΡΩΝ ΚΛΑΥΔ. ΚΑΙΣ. ΣΕΒΑΣΤΟΣ ΑΥΤΟΚΡΑ. L. E.

Æ. IMP. NERO CAESAR AVG. PONTIF. MAX. TRIB. POT. P. P.

PACE P. R. TERRA MARIQ. PARTA IANVM CLVSIT. S. C

ADLOCVTIO S. C. *Imp. alloquitur cohortes.* *Anton. Beureri.*

S. C. *Templum seu arcus in quo quadrigæ triumph.*

NERO CLAVD. CAESAR AVG. GER. P. M. TR. P. IMP. P. P.

PACE P. R. TERRA MARIQ. PARTA IANVM CLVSIT. S. C.

PACE P. R. VBIQ. PARTA IANVM CLVSIT. S. C.

S. C. *Arcus supra quem quadrigæ cum Victoriolis.*

Pace P. R. *terra mariq. & ubiq. parta, Ianus clusus* V.

C. Vipsani. Poblicola C. Fonteius Capito Coss. Tr. p. VI. *Cos.* IIII.

Orbis 4023. V. C. 811. I. C. 60.

Aur. NERO CAESAR AVG. IMP.

PONTIF. MAX. TR. P. VI. COS. IIII. P. P. EX S. C.

Corona quercea.

Arg. *Tria signa militaria, absq. alia inscript.*

ΝΕΡΩΝ ΚΛΑΥΔ. ΚΑΙΣ. ΣΕΒΑΣΤ. ΑΥΤΟΚΡΑ. L. ϛ.

Nero. IIII. *Cossus Cornelius Lentulus Coss. Tr. p.* VII. *Cos.* IIII.

Orbis 4024. V. C. 812. I. C. 61.

Aur. NERO CAESAR AVG. IMP.

PONTIF. MAX. TR. P. VII. COS. IIII. P. P. EX S. C.

ΝΕΡΩΝ ΚΛΑΥΔ. ΚΑΙΣ. ΣΕΒΑΣΤΟΣ ΑΥΤΟΚΡΑ. L. Z.

Orb

Orbis 4025. V.C. 813. I.C. 62.

C. Cæsonius Pætus. C. Petron. Sabin. Turpilianus Coss. Tr.p. VIII. *Cos.* IIII.

Aur. NERO CAESAR AVG. IMP.

Arg. PONTIF. MAX. TR. P. VIII. COS. IIII. P. P. EX S. C. *ut superiores. Figura muliebris, hastam tenens & papauer. Videndũ an referri possit ad Poppæam consecratam, cuius fœcunditatem solebat Nero prædicare.*

CERTA. QVINQ. ROM. CONST. *Id est, Certamen quinquennale Romæ constitutum. Mensa in eaq; corona & olla seu lebes potius, more Græco, illi namq; eiusmodi præmia solebant tribuere. Homerus Iliad. α.*

Αἴθωνας δὲ λέβητας ἐοίκοσι δώδεκα δ' ἵππους.

De quo certamine Tacitus li. annalium 14. sic. Nerone IIII. *Cornelio Cosso Coss. Quinquennale ludicrum Romæ institutum est, ad morem Græci certaminis, varia fama ut cuncta ferè noua. Sic & Vergil. de certamine nauali Æneid.* V.

Tertia dona ferunt geminos ex ære lebetes,
Cymbiaq; argento perfecta & aspera signis,

Idem Quinquennale ludicrum ad morem Græci certaminis Romæ primum à Nerone institutum refert Suetonius, nam is Neapoli erat. Item Neronia pro salute ac diuturnitate Imperij sui, sed ij alij fuere. Torrent. in Sueton. 421. Hoc ipso octauo Neronis anno fulmen ad mensam eius cecidit, & cœnam, quæ ad Neronem deferebatur, totam absumpsit. Dion. & Euseb.

ΝΕΡΩΝ ΚΛΑΥΔ. ΚΑΙΣ. ΣΕΒΑΣΤΟΣ ΑΥΤΟΚ. L.Η.

Orbis 4026. V. C. 814. I. C. 63.

P. Marius Celsus. L. Asinius Gallus Coss. Tr.p. IX. *Cos.* IIII.

Aur. NERO CAESAR AVG. IMP.

PONT. MAX. TR. P. VIIII. COS. IIII. P. P. EX S. C. *Figura militaris stans, dextro crure insistens globo.*

ΑΥΤ. ΝΕΡΩΝ ΚΑΙΣ. ΣΕΒ. ΓΕΡΜ. ΑΡΧ. ΜΕΓ. ΔΗ. ΕΞ. Θ. ΟΥΠ. Δ. Π. Π.
ΝΕΡΩΝ ΚΛΑΥΔ. ΚΑΙΣ. ΣΕΒΑΣΤ. ΓΕΡ. ΑΥΤΟΚΡΑ. L.Θ.

Arg. NERO CLAVD. CAESAR AVG. IMP.

PONTIF. MAX. TR. P. COS. IIII. P. P. *Figura stans, dextra ramum, sinistra hastam.*

NERO CAESAR AVG. GERM. IMP.

S. C. *Figura alata & stolata, dextra globum tenens.*

S. C. *Victoria cum clypeo, in quo* S.P.Q.R.

L. Memmius Regulus. Paullus Virginius Ruffus Cos. Trp. X. Cos. IIII.

Orbis 4027. V. C. 815. I. C. 64.

Aur. NERO CAESAR AVG. IMP.

PONTIF. MAX. TR. P. X. COS. IIII. P. P. EX S. C. *Figura galeata, dextra bacillum tenens, sinistra hastile. dextro crure insistens globo, ut superior.*

Eadem inscript. Figura galeata, utraque manu tenens clypeum, sinistrum pedem eleuans, ante quem duo scuta cum pugione.

Neronis anno decimo urbs Roma à Nerone inflammata, & maxima ex parte exusta est. Dion. Euseb. hist. Eccles. In Asia tres urbes terræ motu conciderunt, Laodicea, Hierapolis, Colosse. Eusebij Chronicon.

ΝΕΡΩΝ ΚΛΑΥΔ. ΚΑΙΣ. ΣΕΒΑΣΤΟΣ ΑΥΤΟΚΡΑ. L. I.

ΝΕΡΩΝ ΚΛΑΥΔ. ΚΑΙΣ. ΣΕΒΑΣΤ. ΓΕΡ. ΑΥΤΟΚΡΑ. L. I.

C. Lecanius Bassus. M. Licinius Crassus Frugi Coss. Tr. p. XI. Cos. IIII.

Orbis. 4028. V. C 816. I. C. 65.

Æ. NERO CLAVDIVS CAESAR AVG. GERM. P. M.

Quatuor marini pisces. Vno Folpo, Sepia, Gambaro fluuiatile. *Erizzo 110.*

ΝΕΡΩΝ ΚΛΑΥΔ. ΚΑΙΣ. ΣΕΒΑΣΤ. ΓΕΡ. ΑΥΤΟΚΡΑ. L. IA.

Æ. NERO CLAVDIVS CAESAR AVG. GERMANIC.

PONTIF. MAX. TR. POT. IMP. P. P. *Figura stolata Neronis habitu citharœdi. Alb. princ. Is autem erat in pulla tunicaq; talari, inde Horat. Traxitq; vagus per pulpita vestem. Sueton. in Calig. cap. 54. Longam vestem Cytharœdi habitum esse notat Seruius in illud Æneid. 6. Threicius longa cum veste sacerdos, de Orpheo.*

NERO CLAVD. CAES. AVG. GERM. P. M. TR. P. IMP. P. P.

ROMA S. C. *Roma insidens spoliis cum victoriola.*

AVGVSTI PORT. OST. S. C. *Portus Ostiensis cũ 7. nauigiis. Phil. Ed. Fugg.*

ANNONA AVGVSTI CERES S. C. *Fortunæ stantis, & Vestæ seu Cereris sedentis typus, cum teda aut face. Annona ab anno, quasi annalis alimonia dicitur. Nonis autem cuiusq; mensis frumentum populo diuidebatur.*

VICTORIA AVGVSTI S. C. *Victoria, dextra sertum, sinistra palmã.*

S. C. *Congiarium cum sex figuris. Vt donatiuum quod militi, sic congiarium vocabant quod populo à viris principibus liberalitatis ergò præstabatur.*

S. C. SECVRITAS AVG. *infrà 11. Figura sedens, dextra caput ab occipitio sustentans, sinistra hastam aut radium. Vide Pier. Val. lib. 30.*

GENIO AVG. S. C. *Deus Genius, dextra pateram, sinistra cornucopiæ ante aram.*

CONGIAR. II. DAT. POP. S. C. *Imperator distrib. congiar.*

SECVLO FECVNDO. *Goltz. th. 9.*

ADLO-

ADLOCVTIO S. C. *ut in superioribus.*

Æ. NERO CLAVDIVS CAESAR AVG. GERMANIC.

Ortelij. EX CONSENSV . . . . *Taurus.*

Hoc anno x. *Imperij Neronis exacto, Decennalia festa celebrata. Dion.*

Vndecimo Neronis anno Cotio rege defuncto, Alpes Cotias in prouinciam redactas Eusebius scripsit. Celsino & Appuleio Coss. ait Cassiodorus, corruptis ut apparet nominibus. Suetonius, Eutropius, Victor, rem signasse satis habuere, tempore non notato. Sed omnium copiosissimè de Cotio Ammianus Marcell. lib. XV. *narrat, perdomitis Gallijs solum in angustijs latuisse, inuia locorum asperitate confisum, lenito tandem timore in amicitiam Octauiani receptum, ad vicem memorabilis muneris itinere alpium magnis exstructis molibus munisse. Sepulchrum eius extitisse ad Segusionis mœnia. Manes duplici ratione cultos, quod suos moderatè rexerit, quodq; fœdere Romano perpetuam genti quietem præstiterit. Duodecim Cotianas ciuitates fuisse, easq; iure Latij donatas, ostendit Plinius lib.* III. *c.* XX. *Extat apud Nob. Ioan. Schellenbergium aureum hoc numisma, in prouincia Narbonensi nuper repertum, quem M. Velserus huc referendum esse indicauit.*

COTIOS. *Equus currens, supra stellulæ aliquot.*

COTIOS. *Parte auersa ijsdem litteris, typum nonnulli aratrum interpretabantur, nos satis discernere non potuimus. Repertus simul nummus per omnia similis, nisi quod inscriptione differt.*

VOCARAN. *quem eiusdem tractus Regem fuisse, magis suspicari quàm affirmare possumus.*

Hoc anno cepit Christianorum sub Nerone persecutio, & durauit annis quatuor ad Neronis usq; interitum.

Orbis 4029. V. C. 817. I. C. 66. *P. Silius Nerua. C. Iulius Atticus Vestinus. Tr. p.* XII. *Cos.* IIII.

NERO CAESAR AVG. GERM.

ADVENTVS AVGVSTI G. P. *Græcia peragrata. Nauis prætoria post reditum ex Græcia, aut Gaudium publicum, siquidem in alijs ubi est nauis, inscriptio est Hilaritas aut Lætitia.*

ΝΕΡΩΝ ΚΛΑΥΔ. ΚΑΙΣ. ΣΕΒΑΣΤ. ΓΕΡ. ΑΥΤΟΚΡΑ. L. ΙΒ.

Orbis 4030. V. C. 818. I. C. 67. *C. Suetonius Paullin. L. Pontius Telesinus Coss. Tr. p.* XIII. *Cos.* IIII.

IMP. NERO CAESAR AVG. P. MAX. TR. P. P. P.

SECVRITAS AVGVSTI S. C. *Figura insidens sella, sinistra hastam tenet, dextram capiti admouens.*

S. C. *Victoria, dextra clypeum tenet in quo* S. P. Q. R.

Arg. ΝΕΡΩΝΟϹ ΚΑΙϹΑΡΟϹ ΓΕΡΜΑΝΙΚΟΥ. *Effigies Neronis Iuuenilis, didrachmus est arg.*
ΔΙΔΡΑΧΜΟΝ. *Lituus & capeduncula. Erizzo 56.*

Nummus cum Ariadna depingitur à Guilh. de Choul. lib. de la Relig. 137. ut & plures alij Græci 118.

L. Fonteius Capito. C. Iulius Rufus Coss. Tr. p. XIIII. *Cos.* V. *Imp.* III.

ΝΕΡΩΝ ΚΛΑΥΔ. ΚΑΙΣ. ΣΕΒΑΣΤ. ΓΕΡ. ΑΥΤΟΚΡΑ. L. ΙΓ.

Orbis 4031. V. C. 819. I. C. 68.

NERO CLAVDIVS CAESAR AVG. GER. P. M. TR. P. IMP. P. P.
SABINAE. *Raptus Sabinarum pulcherr. apud Alb. princ. Figuræ pulcherrimæ, in quarum medio tres obelisci.*
MAC. AVG. *Macellum Augusti ædificium pulcherr.* S. C.
DECVRSIO. *Duo equites decurrentes.* S. C. *Ant. Beur Præpos. ad S. C. Aug.*

C. Silius Italicus. M. Galerius Trachalus Coss.

Orbis 4032. V. C. 820. I. C. 69.

Æ. IMP. NERO CAESAR AVG. P. M.
EVTHIMIVS. *Quadrigæ. vide Constant. Landum 68.*
Circus max. cum metis, obelisco & hippodromo.
Tria signa militaria absq; inscript. ut supra fol. 82. De signis militaribus vide supra in Augusto ad quem locum optime conuenit Suetonij locus cap. 14. scribentis, Artabanum Parthorum regem venisse ad colloquium Legati consularis & Euphratem transgressum, aquilas & signa Romana Cæsarumq; imagines adorasse. Et quemadmodum signa Cæsarum imagines, ita & vexilla eorum nomina præferebant, ut innuit Suetonius in Vespas. cap. VI.

Æ. ΝΕΡΩ ΚΛΑΥ. ΚΑΙΣ. ΣΕΒ. *Corona radiata. Caput Neron.*
ΑΥΤΟΚΡΑ. *Caput turritum: apud Alb. princ.*
ΑΚΤΙΟΣ ΑΠΟΛΛ. *Caput muliebre cum stella. Alius Caput Apollinis laureatum & pharetram.*
ΗΡΑ ΑΡΓΕΙΑ. *Goltz. tb. 5.*
ΓΑΔΑΡΩΝ ΙΕΡΑ ϹΥΝΚΛΗΤΟϹ. *Idẽ 134.* ΓΑΔΑΡΑ.

Hoc anno Id. Iunij (quod Iosephus Scaliger li. v. obseruandum dicit, cum Sueton. malè omiserit.) sibi manus inferens, inquit, Scelerate vixi, turpius morior. Vixit ann. 30. menses 9. Regnauit annos 13. menses 8. ultimus eorum qui ab Aenea & Augusto genus deducebant.

Ἔσχατος Αἰνεαδῶν μητροκτόνος ἡγεμονεύει.

Iuuena-

Iuuenalis Satyra VII.
Huius supplicio non debuit una parari
Simia, nec serpens unus, nec culeus unus.

ΝΕΡΩΝ ΚΛΑΥΔ. ΚΑΙΣ. ΣΕΒΑΣΤ. ΓΕΡ. ΑΥΤΟΚΡΑ. L. ΙΔ.
ΑΡΕΘΟΥΣΙΩΝ. *Goltz. th. 131.*
ΣΕΛΛΑΣΙΕΩΝ ΝΕΩΚΟΡΩΝ. *Idem* 144
ΘΥΑΤΕΙΡΗΝΩΝ. *Idem* 146
ΜΑΡΑΝΘΗΣΙΩΝ ΒΙΣ. ΝΕΩΚΟΡΩΝ. *Idem* 138
ΦΑΛΩΡΙΤΩΝ ΝΕΩΚΟΡΩΝ. *Idem* 141
ΝΕΡΩΝ ΠΑΤΡΩΝ.
ΝΕΡΩΝΙ ΠΑΤΡΩΝΙ.
ΠΟΡΦΥΡΕΩΝΙΤΩΝ. *Idem* 142

NERONIS VXORES.

OCTAVIA.

CONSERV. VRB. SVAE. *infrà* ACT. *in alio* P. T. *alij* CONSERVATORES. *Templum, in cuius medio ſtatua.*

VICTORIA AETERNA AVG. N. *Victoria gradiens, ſin. palmã.*

NESTO. *Victoria ſedens, tenens clypeum.*

FIDES MILITVM AVG. N.

NOSTT. *Statua ſtolata ſtans, ſingulis manibus tenens ſignũ milit.*

Æ. AETERNITAS AVG. N. *Caſtor & Pollux pedites equos tenentes, & Lupa cum Rom. & Remo. Viuiani.*

CONSER. VRB. SVAE. *Templum ſex columnarum, in quo mulier ſedet. Io. à Schellenb.*

Æ. IMP. C. MAXENTIVS P. F. AVG. *alius* COS. II.

AETERNITAS AVG. *Duæ figuræ militares ſtantes ſeſe mutuò aſpicientes; altera dextra victoriolam, ſiniſtra haſtam; altera haſtam dextra.*

Arg. VICTORIA AVGG. LIB. ROMANOR. A.

Rel. AETERNITAS AVG. N. *Caſtor & Pollux pila & equos tenentes.*

NOSTS. *Duæ figuræ militares cum equis; quos dextra tenent.*

Æ. VICTORIA DD. NN. AVG. ET CAES. VOT. V. MVLT. X.

Rel. VICTORIA AETERNA AVG. N. NOSTT. *Victoria gradiens, Aureus mediocris magnitud. maior alijs.* M. S.

Æ. CONSERV. VRB. AET. D. R. P. *alij* SVAE.

AETERNITAS AVGG. N. *Duæ figuræ nudæ ſtantes, dextris tenentes equos ſingulos, Caſtoris & Pollucis videntur figuræ.*

NOST.

Æ. IMP. C. M. A. VAL. MAXENTIVS P. F. AVG.

MONETA AVG. N. *Monetæ typus ut in cæteris poſterioribus.*

MAXENTIVS P. F. AVG.

CONSERVATORES VRB. SVAE. TT. *Templum in quo mulier ſedens cum globo & haſta.*

IMP. MAXENTIVS P. F. AVG.

CONSERV. VRB. SVAE. T. T. *Templum in quo mulier sedet, dextra globum sinistra hastam tenet. Illam coronat victoria astans. Ad pedes captiuus. Ruegeri ut & sequentes.*

Similis, sine tamen captiuo ad pedes.

CONSERVATORES KART. SVAE P. K. B. *Templum, in quo mulier stans, singulis manibus fructum tenens ut in* FEL. KART.

IMP. C. MAXENTIVS P. F. AVG.

FIDES MILITVM. AVG. N. NOSTR. *Mulier stans, singulis manibus signum militare tenens.*

CONSERV. VRB. SVAE. *Diuersi. Templum in quo mulier sedēs.*

Alius. In templo Roma galeata scuto insidet, dextra globum astanti porrigit, sinistra hastam tenet, ad pedes captiuus. Cum CONS. & CONS. II.

Obijt V. C. 1063.

MAGNIA VRBICA.

VXOR Maxentij quorundam sententia sed dubiè, alij Magnentij putant fuisse coniugem.

Arg. MAGN. VRBICA.
Rel. VENVS VICTRIX. XA.

IVNO REGINA. *Figura stans, sinistra hastam, dextra capedunculā.*

MAGNIA VRBICA AVG.

VENVS VICTRIX SXXI. *Figura stolata stans, dextra cassidem, alij victoriolam, sinistra hastam & scutum.*

VENVS CELEST. SXXI. *Venus stans cum globo, sinistra hastam.*

Aur. MAGNAE VRBICAE AVG.

CONCORDIA AVGG. *Figura sedens, dextra pateram, sinistra duplex cornucopiæ. Nic. Viuiāi.*

M. AVREL. ROMVLVS CAES.

ANNO V. C. 1059. Cos. designatur à patre Maxentio, à quo etiam post obitum consecratus est.

Æ. IMP. MAXENTIVS DIVO ROMVLO NV. FILIO.

AETERNA MEMORIA. *Templum. Pannin. Rom. princ.*

NOYTT. *Templum valuis bipatentibus, in medio aquila.*

M.

M. AVR. ROMVLVS NOB. CAES. COS. *Goltz.*

Aur. D. N. ROMVLVS AVGVSTVS. P. F. AVG.
VICTORIA AVGG. CONOB. *Victoria stans, dextra crucē tenens.*

DIVO ROMVLO NVBIS CONS. *alij* NV. F. *alij* NV. COS. *fortè* NOB. CAES. *ut supra.*
CONCORDIA P. R. *Figura sedens, dextra pateram, sin. cornucop.*
MEMORIAE AETERNAE RO. *Aedificium quoddam seu templum cum duabus valuis.*

C. VALER. LICINIANVS LICINIVS.

In Dacia parentibus agricolis natus, à Galerio Maximino, mortuo Seuero, consors Imperij factus & Augustus appellatus; Galerij liberos affines iure sodalitatis & consortij interfecit. Profligatus est à Constantino M. auxilio duorum equitum & crucis irradiantis legiones. Thessalonicæ tandem cum Martiniano est interfectus à militibus anno ætatis 60. Imperij 15. homo asper, vitio auaritiæ & libidinis deditus, Christianis infensissimus. Sunt qui scribant, cùm filiam Herinam Christianæ religionis cultricem ab equis discerpi vellet, ipsum à suorum uno, morsu interfectum esse. Sigonius scribit, illum à Constantino victum, Nicomediam pulsum, ibiq; obsessum Imperij insignia deponere, & priuatum Thessalonicam migrare coactum.

Orbis 4273. V. C. 1061. I. C. 310.

ΑΥ. Κ. ΟΥΑΛ. ΛΙΚΙΝΙΑΝ. ΛΙΚΙΝΙΟϹ ϹΕΒ. L Α. *& sic de cæteris usque ad* L ΙΕ.

LICINIVS AVG.
D. N. LICINI AVGVSTI. *in corona quercea in qua* VOT. *infrà* SA. XX.

Aur. SECVRITAS REIPVBLICAE P. T. R. E. *Duæ figuræ tenentes*
10. drach. *globum, in quo Victoriola.*
CLARITAS REIPVBLICAE. *Goltz. th.*

Æ. IMP. LICINIVS P. F. AVG.
IOVI CONSERVATORI SIS. *alius addit* CAESS. *Iuppiter dextra victoriolam & aquilam, sinistra hastam tenens. Ad* SISCIAM *Panoniæ urbem refer, nam in libro dignitatum legit. Procurator monetæ Sisciana.*
LICINI AVG. VOT. XX. SA.

SOLI

SOLI INVICTO COMITI SP. M. L. N. *Solstans dextram porrigens, sinistra globum.*

APOLI INVICTO COM. R. F,

Æ. IMP. C. P. VAL. LICIN. LICINIVS P. F. AVG.

VIRTVS AVGG. *Duæ figuræ stantes sese mutuò aspicientes.*

IOVI CONSERVATORI. *Iuppiter stans, dextra victoriolam, sinistra lauream cum duobus captiuis. Alius* SVHB. *Cellarij arg.*

Eadem inscr. diuersi typi.

IOVI CONSERVATORI AVG. *Iuppiter, ut superior.*

GENIO POP. ROM. P. T. R.

S. P. Q. R. OPTIMO PRINCIPI A Q. *Tria signa militaria.*

DOMIN. LICINI. AVG. VOT. XX. *In corona.*

Arg. Relig. IOVI CONSERVATORI AVGG. NN. TSA. *Iuppiter dextra imagunculam tenens, & aquila.*

Æ. IMP. LICINIVS AVG. *alius* LIC. LICINIVS P. F. AVG.

VIRTVS EXERCI. S. F. *Duo captiui cum labaro in quo* VOT. X.

PROVIDENTIAE AVGG. H T Γ. *Castra prætoria tribus aquilis insidentibus. Harzeri.*

IOVI CONSERVATORI AVGG. NN. TSΓ. *Iuppiter stans, dextra victoriolam, sinistra hastam, palma ad pedem dextrum.*

Alius eadem inscript. Aquila tenens fulmen Iouis.

Ead. inscript. Iuppiter insidens aquilæ, dextra fulmen tenens.

VICTORIAE LETAE PRINC. CAES. *Duæ victoriæ tenentes clypeum, cum inscript. ut videtur* VOT. XX.

VAL. LICINIVS P. F. AVG.

GENIO AVG.

D. N. LICINI. AVGVSTI.

VOT. XX. *in corona.*

PROVID. AVGG. *ut superior.*

Æ. IMP. LICINIVS P. F. AVG.

GENIO POP. ROM. T. E. PTR. *Genius stans &c. alius* T. F. KTR.

IMP. LICINNIANVS LICINNIVS P. F. AVG.

GENIO IMPERATORIS S. M. K. V. *Genius stans. Ruegeri ut sequentes.*

IMP. LIC. LICINIVS P. F. AVG.

IOVI CONSERVATORI A. *alius* B. *alius* Γ. *alius* Δ. *alius* E. *omnes* SIS. *Iuppiter stans cum fulmine & hasta &c. Ad pedes aquila rostro sertum tenens.*

GENIO AVGVSTI. ◡ A. *alius* B◡. *alius* ◡ Γ. *alius* ◡ Δ. *alius* ◡ E. *alius* ◡ ς. *omnes* SIS. *Genius stans, &c.*

IMP. C. VAL. LIC. LICINIVS P. F. AVG.

GENIO IMPERATORIS ◡ H. T. A. *alius* ◡ HTΓ. *alius* * ◡ HTΔ. *alius* * ◡. HTE. *Genius stans, &c.*

IMP. C. VAL. LICIN. LICINIVS P. F. AVG.

GENIO AVGVSTI CMH. S.M.N.A.

FL. VALER. CONSTANTIA.

CONSTANTII Chlori ex Theodora filia, soror Constantini M. uxor Licinij. Hæc maritum fratri frustra sæpe reconciliauit, pacta aliquando salute, & indumento regio per ipsum fratri oblato. ex ea genuit Licinium iuniorem, & Anaballianum patrem Delmatij.

FL. VAL. CONSTANTIA AVG. *Goltz.*

LICININVS IVNIOR.

LICINII Imp. ex Constantia F. quem Constantinus mensium ferè viginti Imp. fecit: egregius iuuenis, & optimæ indolis, insidiis Faustæ, ne peritia in militando filiis obesset, interiit.

Orbis 4288. V. C. 1076. I. C. 325.

Æ. LICINIVS IVN. NOB. C. *Cum corona radiata.*

VIRTVS AVGVSTI. *ita legendum videtur.*

SVR. *Labarum cum duobus captiuis assidentibus,*

ROMAE AETERNAE. *Roma sedens, dextra clypeum, in quo* X.

CAESARVM NOSTRORVM VOT. V. ASIS. V.

VICTORIAE LAETAE PRINC. PER ESIS.

Æ. D. N. VAL. LICIN. LICINIVS NOB. C.

IOVI CONSERVATORI CAESS. S. M. X. *Statua nuda militaris, dextra victoriolam, sinistra hastam.*

Alius. XIII. SNNB. *Imp. stans, dextra victoriolam cum corona, sinistra hastam, ad dextrum pedem aquila, ad sinistram captiuus.* *Iac.* Cellarij.

Alius. Eadem figura, dextra globum, sin. hastam, M. A. L.

VIRTVS EXERCIT. *Trophæum cum duobus captiuis.*

IMP. C. P. LICIN. . . . . NVS P. F. AVG.

VIRTVS AVGG. *Duæ figuræ stantes sese aspicientes.*

VAL. LICINIVS NOB. CAES.
IOVI CONSERVATORI. *Iuppiter stans, dextra fulmen, sin. hastã.*

Occisus anno XX. *Imperij Constantini*, V. C. 1077.

FL. VALER. DELMATIVS.

ANNIBALLIANI fratris Constantini Magni F. à patruo moriente testamento Cæsar appellatus est: verùm non longè post Constantini obitum, patruelis Constantij Imp. insidiis tumultu militari occisus est circa annum V. C. 1090. aut sequentes, in Thracia, Vrso & Polemio Coss. Imperauit menses aliquot cum Constantino, Constante & Constantio Augustis.

Orbis 4301. V. C. 1089. I. C. 338.

Æ. FL. DELMATIVS NOB. C.
GLORIA EXERCITVS. *Duæ fig. militares, assistentes labaro, aut signo militari.*
ESIS. *infrà.*

Aur. PRINCIPI IVVENTVTIS TR. *Fig. inter duo signa militaria & labarum.* Ortelij.

Velius Longus in libro de orthographia ex authoritate Varronis. Placet, inquit, ut Delmatium non Dalmatium pronunciemus, quoniam è Delminio maxima ciuitate tractum nomen existimetur.

FL. CLAVDIVS CONSTANTINVS IVN.

CONSTANTINI M. F. huic vel sorte vel testamento diuiso Imperio obtigit Gallia, Hispania, Alpes Cottiæ, Britannia, Orcades, Hibernia. Thule: quibus non contentus ob Italiæ Africæque ius cum fratre Constante dissentire cœpit; cui bellum infert, sed à fratris militibus in agro Aquileiensi interficitur, ac in fl. Alsam proijcitur æt. anno 25. triennio in Imperio nondum finito. Anno Christi 340. ut vult Velserus li. 7. rerum August.

Orbis 4300. V. C. 1088. I. C. 337.

Æ. CONSTANTINVS IVN. NOB. C.
CAESARVM NOSTRORVM VOT. V. TSKVI.
BEATA TRANQVILLITAS. *Cippus, in quo inscriptio hæc,* VOTIS XX. *& infrà* P. T. R. *alius in cippo* V T O IS XX.
VIRTVS AVGG. *Aedificium quoddam.*
VIRTVS CAESS. *Idem ædificium.*

VIRTVS EXERCIT. *Duo captiui labaro assidentes, in quo* VOT. X.

PROVIDENTIAE CAESS. ASIS. *Castra prætoria.* S. M. H. S.

GLORIA EXERCITVS S. M. K. B. *alij* P. L. C. *Duæ figuræ inter signa militaria.*

Aduersa. Constantini facies sine inscriptione in plano. Auersa,

CONSTANTINVS CAESAR S. MANTA. — CONSTAN TINVS IVN. NOB. C. S. N. R. T. *In medio nummo.*

FL. CL. CONSTANTINVS IVN. N. C.

PRINCIPI IVVENTVTIS.

CLARITAS REIPVBLICAE T. F. *Figura nuda & radiata stans, dextram eleuans, sinistra globum tenens.*

Aur. GAVDIVM ROMANORVM. *Alemannia plorans, trophæum auersa suspicit. infra* ALAMANNIA TRA. *Treuiris cusum numisma, erat enim ea in urbe monetæ officina, & hinc in inscript.* I I *viri monetæ Treuericæ.* Palleri.

CONSTANTINVS PIVS NOB. C

ALAMANNIA DEVICTA S. I. A. M. *Victoria gradiens, sinistra palmam cum captiuo.*

D. N. FL. CL. CONSTANTINVS NOB. C.

PROVIDENTIAE CAESS. *Figura dextra victoriolam, sin. hastā.* Ortelij.

Orbis 4301. V C. 1089. I. C. 237.

VIC. CONSTANTINVS AVG. *Lego Victor Const. Aug, ita enim se appellarunt principes illi.*

VIRTVS AVGVSTI. *Fig. militaris stans, dextra hastam. sin. clypeū.*

CONCORD. MILITVM D L N. *Fig. utraque manu signū milit.*

PROVIDENTIAE AVGG. S. M. P. R. *Castra prætoria.*

Aur. FL. CL. CONSTANTINVS P. F. AVG.

SIS. *Ad Sisciam referendum, quæ in Pannonijs erat. Etenim in libris dignitatum legitur, Præpositus thesaurorum Siscianorum Sauiæ. & paulo post, Procurator monetæ Siscianæ.*

Orbis 4302. V. C. 1090. I. C. 339.

Arg. D. N. CONSTANTINVS P. F. AVG.

VICTORIA AAVGGG. T. A. M. S. *Statua muliebris sedens, dextra tenens globum, & insistentem victoriolam, sinistra veluti hastam aut labarum.*

Aur.

Aur. VICTORIA AAVGGG. TR. OBS. *Figura militaris, dextra labarum, sinistra victoriolam, captiuum supplantans.*

Arg. *Caput Constantini cum corona instar tæniæ aut fasciæ cum diademate, sine inscript.*
Auersa parte, CONSTANTINVS AVG. S. M. N. *Victoria gradiens, dextra sertum, sinistra ramum palmæ aut oleæ.*
Eadem inscript. & CONS. *Quatuor labara. Ant. August.*
VOT XXX. MVLTIS XXXX. SIRM. *In corona quercea.*

Aur. FL. CL. CONSTANTINVS PIVS. FELIX. AVG.
GLORIA ROMANORVM TES. *Roma sedens, dextra victoriolam, sin. pilum.*

V. C. 1091. *occisus est prope Aquileiam,* I. C. 339. *alij* 340.

FL. IVLIVS CONSTANS.

ALTER Constantini M. F. huic Italia, Africa cum insulis, Illyricum, Dalmatia, Macedonia, Achaia, Peloponesus, & Græcia cessit, fratre cæso occupat eius hæreditatem, cùm prouinciis transalpinis. Galliam alpibus superatis intra biennium in potestatem redegit. Magnentij dolo dormiens intra tentorium ad Helenam op. propinquum Hispaniis vel Pyrenęis, opprimitur, cùm imperasset annis 13. vixisset 27. vel 30.

Orbis 4300. V. C. 1088. I. C. 337.

CONSTANS NOB. CAES.
GLORIA EXERCITVS. *Duæ figuræ ad signa militaria.*

FL. IVL. CONSTANS NOB. C.
GLORIA EXERCITVS. *ut superior.*

Æ. CONSTANS P. F. AVG.
Æ. VICTORIA AVGG. ASIS. *alius,* Q. N. N. *Duæ Victoriæ tenentes labarum.*
VICTORIAE DD. AVGG. Q. NN. TR. P. *Duæ victoriæ cũ sertis.* *Iac. Cellarij.*

Aur. CONSTANS AVGVSTVS.
VICTORIAE DD. NN. AVGG. *in quo* VOT. X. MVLT. XX. TES. *alius* TR. *Duæ victoriæ tenentes scutum.*

Aur. D. N. CONSTANS P. F. AVG.

VICTORIA CONSTANTIS AVG. VOT. X. *Victoria trophæis insidens, cum inscriptione* CONS.

Arg. FELIX TEMP. REPARATIO. T. R. S. ASIS. *Aquila insistẽs rogo.*

Æ. *Eadem inscriptio cum pauone insistente rogo* BSIS.

Eadem inscript. cum statua militari stante in naui, dextra victoriolam, sinistra labarum. A. Q. P.

Eadem inscript. Figura militaris cum puerulo à tergo.

Eadem inscript. Miles gradiens ducens captiuum.

D. N. FL. CONSTANS P. F. AVG. *Imp. laureatus.*

VRBS ROMA BEATA. *Roma sedens cum victoriola.*

Aur. FL. IVL. CONSTANS P. F. AVG. *Caput diadematum.*

SIS. *In medio nummo.*

Arg. VICTORIA DD. NN. AVG. TR. *Victoria stans, sertum dextra, sinistra palmam.* *Seb Harzeri à Salenstain.*

FELICITAS PERPETVA.

VOT. V. SIS. *Tres figuræ, quarum media sedet. pulcherr. aureus magnus nummus.*

CONSTANS P. F. AVG. TES. *Tria labara.*

Aur. OB VICTORIAM TRIVMFALEM. *Victoriæ sertum tenentes, in medio* VOT. X. MVLT. XV. XX. *Palleri.*

TRIVMFATOR GENTIVM BARBARARVM SIS. *Imp. paludatus stans cum labaro.*

M. T. E. S. *Sine ulla figura. Aur. princ.*

Aur. FL. IVL. CONSTANS AVG.

VIRTVS EXERCITVS GALL. *Miles cum hastili, trophæum gestans super humerum, ad pedes duo captiui, & infrà* TR.

Aur. CONSTANS AVGVSTVS.

VICTORIAE DD. NN. AVGG. TR. *alius* L R S. *Duæ Victoriæ tenentes clypeum, in quo* VOT.

X.

MVLT.

XX.

FL. IVL. CONSTANS P. F. AVG.

TRIVMFATOR GENTIVM BARBARARVM. *Miles stans, sinistra pilum, dextra labarum cum signo* P * SIS.

Aur.

Aur. D. N. CONSTANS NOB. CAES.
Auersa parte nihil.

FL. POPILLIVS NEPOTIANVS.

NEPOTIANI sub Diocletiano Consulis & Eutropiæ (Constantij Chlori filiæ) filius. Constante insidiis Magnentij interfecto, gladiatoribus stipatus, à pop. Rom. Imp. est creatus, Augustique nomen accepit: sed ab Heraclida senatore, Magnentianæ factionis fautore, facta proditione, simulante velle cum eo colloqui, obtruncatus est, capite palo affixo, & per urbis itinera deportato, cùm imperasset dies 28. Anno orbis 4313. v. c. 1101. I. C. 350.

NIGRINIANVS.

Nigriani meminit Cassiodorus, qui dicit, Constantem interfectum Sergio & Nigriniano Coss.

DIVO NIGRINIANO.
CONSECRATIO K A C A. *Ara cũ igne. ex plumbo candido. Ortelij.*

FL. IVLIVS CONSTANTIVS.

CONSTANTINI M. F. tertius. in diuisione Imperij ei Oriens cessit. morte Constantis intellecta, eam ulturus, Gallum patruelem Cæsarem fecit, & Orienti præfecit: Magnentium memorabili prœlio fudit ad Murciam, quo Romani Imperij vires pæne concidêre, desideratis utrimque 53000. Cùm Magnentius bellum denuo reparasset, ad Lugdunum iterum eum vicit. Gallum Cæsarem ferocientem & insolentem interfecit, tyrannos undique oppressit, contra Persas sæpe infeliciter conflixit, & aliquando ab iisdem superatus, frusto panis à quodam vetulo porrecto, inediam superauit. Romam cum Ormisda regis Persarum filio rediit: Iulianum Galli fratrem 23. ætatis anno Cæsarem fecit, sorore sua Helena ei in matrimonium tradita, qui Imp. ab exercitu appellatur. Constantius aduersus Iulianum exercitum mittit, sed febre ardente ex impatientia & indignatione contracta, ad Mopsocrenen (Mopsuestiæ ut vult Marcellinus) decessit, anno Imperij 24. ætatis 41. aut 44.

Orbis 4300. v. c. 1088. I. C. 337.

Æ. IMP. CONSTANTIVS AVG..
MARTI CONSERVATORI P T R. *Mars stans, dextra hastam, sinistra clypeum,*

Aur. FL. IVL. CONSTANTIVS AVG.
VICTOR OMNIVM GENTIVM TR. *Figura stans, dextra labarum, sin. clypeum, & ante eam* ἐγγονίζοντες *sublatis manibus.*

CON-

CONSTANTIVS AVGVSTVS.

VICTORIAE DD. NN. AVGG. TR. *Duæ victoriæ tenentes clypeum, in quo* VOT.

XX.

MVLT.

XXX.

Aur. FL. IVL. CONSTANTIVS NOB. C.

PRINCIPI IVVENTVTIS. *Figura militaris, dextra pilum, sinistra globum.*

CONCORDIA MILITVM. *Duo milites tenentes victoriolam.*

GLORIA EXERCITVS. *Duo milites, singuli tenentes hastam, & signum militare.*

PROVIDENNTIAE CAESS. SNK O. *Castrum prætorium.*

Arg. CONSTANTIVS NOB. CAES.

FELICITAS ROMANORVM S. M. K. *Quatuor armati & paludati hastilia tenentes.*

GLORIA ROMANORVM *Constantinus Maximus cũ tribus filiis.*

D. N. CONSTANTIVS IVN. NOB. C.

FEL. TEMP. REPARATIO ASIS. *alij* TSIS. *Fig. militaris captiuum supplantans.*

Arg. CONSTANTIVS P. F. AVG. *alij* IMP.

IOVI CONSERVATORI TSA. *Iuppiter dextra victoriolam, sinistra hastam.* Cellarij.

VICTORIA AVGVSTORVM SIS.

GLORIA EXERCITVS S. M. K. Γ.

VICTORIAE DD. AVGG. Q. NN.

Aur. D. N. CONSTANTIVS P. F. AVG.

Arg. VIRTVS EXERCITVS TPS. *Figura galeata cum hasta & clypeo.*

GLORIA REIPVBLICAE TES. *Duæ figuræ sedentes, tenentes clypeum, in quo* VOT. XXXX. *alij* VOTIS XXX. MVLTIS XXXX.

VOTIS XXV. MVLTIS XXX. *In corona quercea.* SMN.

HOC SIGNO VICTOR ERIS ASIS. *Victoria coronans Imp. tenentem labarum cum signo* ☧ *Horatij Tygrini de Mariis Rom.*

Aur. CONSTANTIVS AVGVSTVS.

VICTORIAE DD. NN. AVGG. VOT. XX.

MVLT. *Duæ victoriæ tenentes*
XXX. *clypeum, in quo hæ*
SIS. *litteræ.*

Arg.

Arg. SIS. *Trespalmæ.*
MEMORIA FELIX. *Goltz thes. 7.*

Aur. FL. IVL. CONSTANTIVS PERP. AVG.
VICTORIA AVGVSTORVM. *Victoria barbarum mitratum manibus expansis supergradiens, trophæum per humerum sinistrum gestans, dextra clypeum cum his notis* XXV. *Viuiani.*

Aur. D. N. CONSTANTIVS MAX. AVGVSTVS.
GLORIA REIPVBLICAE T.R.S. *Duæ victoriæ sedentes, dextris tenentes clypeum, cum inscript.*
VOT. XXX. MVLT. XXXX. *In corona quercea.* P.C.O.N.

Æ. IMP. C. CONSTANTIVS P. F. AVG.
SAC MON. VRB. AVGG. ET CAESS. N. R. P. *Monetæ typus.*
SAPIENTIAE NOSTRI PRINCIPIS. *Goltz. th. 9.*

FL. VAL. CONSTANTIVS NOB. C.
VICTORIA BEATISSIMORVM CAESS. *Victoria sedens inscribens clypeo* VOT.
X.

Orbis 4301. V C. 1089. I. C. 338.

Æ. D. N. CONSTANTIVS P. F. AVG.
VICTORIA AVGVSTORVM. *Victoria & miles stantes sese mutuo aspicientes.*
FEL. TEMP. REPARATIO A.Q.T. LXXII.
Statua militaris captiuum supplantans; in alio, S.H. K. B. *plures diuersis notis.*
HOC SIGNO VICTOR ERIS ASIS. *Victoria coronans Imp.*
VICTORIA CONSTANTIS AVGG. S.M.N.R. *Victoriæ sedens, clypeum tenentes, in quo* VOT. XX.
VIRTVS AVG. *Miles paludatus, dextra pilum, sin. globum.* Erizzo.

Arg. VOTIS XXX. MVLT. XXXX. SIRM. *In corona.*
GLORIA ROMANORVM *Figura stolata, cui assistit eques.* RPLC.
Iac. Cellarij.

Aur. GLORIA REIPVBLICAE TR. *Duæ pulcherrimæ statuæ, altera militaris, altera Imp. ut videtur, tenentes clypeum, in quo*
VOT XXX. MVLT. XXXX.

Aur. VICTOR OMNIVM GENTIVM. *Imp. paludatus dextra labarũ tenens, sinistra clypeo innixus, tres supplices ad pedes &* TR.

Aur. FL. IVL. CONSTANTIVS *alius* P. F. PERP. AVG. *Ferd. Imp.*
GLORIA REIPVBLICAE S. M. N. *Duæ figuræ tenentes clypeum, in quo* VOT. SMANΓ.

Aur. VOT. XX. SRAMH. VOT.
In clypeo. XXX. MVLT. *in alio* CONS. *In alijs* XXX. *In co-*
MVLT. XXX. MVLT. *rona*
XXXX. XXXX. *laurea.*
AVG. *Schellenb.*

GLORIA REIPVBLICAE SIRM.
VOT. XX. MVLT. XXX. *in alio* S.M.N.B.

Aur. *Alius. Duæ statuæ tenentes scutum, cum inscriptione in scuto* VOT. XXX. MVLT. XXXX. S.M.L.V.E.

Aur. *Alius,* SIRM. *Alius,* VOT. XXXV. MVLT. XXXX. S.M.S.I.S.

Aur. GLORIA REIPVBLICAE VOT. XXX. MVLT. XXXX. S.N.A.N.N.

FELICITAS ROMANORVM S. N. A. N. I. *Corona laurea, in qua* VOT.
XV.
MVLT.
XX.

D. N. FL. CL. CONSTANTIVS NOB. CAES.
FEL. TEMP. REPARATIO.
S. M. K. Γ. *Figura militaris supplantans equestrem.*

Arg. VICTORIA SARMATICA. *Militari consensu secundo Sarmaticus appellatus, ex vocabulo subactorum. Amm. Marc. li. 17.*

D. N. CONSTANTIVS. *alius addit* AVG.
VICTORIA CONSTANTIS AVG. S.M.N.R. *Victoria sedens clypeum tenens, in quo* VOT.
XV. *cum puerulo assistente.*

VOT. VOT.
XX. XXX.
MVLT. *In corona,* MVLT. *ut superior.*
XXX. XXXX.

Æ.Relig. SALVS DD. NN. AVG. LVCET. A. Ω. P *

Æ. DIVO CONSTANTIO OPT. AVG.
REQVIES. . . . *Figura sedens, dextra globum, sin. scipionem* S.T.R.

Æ. DIVO CONSTANTI AVG.
MEMORIA DIVI CONSTANTI. *Ara cum aquila* A. Q. S. *Ceruti.*

D. N.

D. N. CONSTANTIVS NOB. CAES.

FELIX TEMP. REPARATIO. *Miles captiuum supplantans.*

ALEB. *Alius* S.M.H.B. *alius* ANH. *alius* S.M.K.E.

Alius ALEIA.

FL. CL. CONSTANTIVS P. F. AVG. *Ita lego. corona est radiata.*

MT. ES. *praeterea nihil.*

TRIVMFATOR GENTIVM BARBARARVM TR. *Imp. paludatus cum labaro, in quo laurea.*

EVSEBIA.

AVR. EVSEBIA AVG. *Constantini uxor prima.*

FL. MAXIMA FAVSTINA AVG.

Constantij uxor ex qua moriens filiam reliquit Posthumam Constantiam, quæ cum adoleuisset Gratiano nupsit.

FL. MAXIMA FAVSTINA AVG. *Goltz.*

MAGNENTIVS.

Ex Gallia ortus, comes ordinum, Augustoduni purpuram sumens, Constante interfecto, dolo Imperium arripuit. Idem & Taporus dictus, quia apud Helenam castrum Taprororum qui Cantabriæ populi sunt montibus Pyrenæis proximi, Constantem Constantij fratrem interfecit. Mediolani Decentium fratrem Cæsarem fecit: cum Constantio congressus, victus primùm, deinde rursus superatus, Lugdunum aufugit, ubi seipsum transfosso latere interfecit, anno ætatis 40. ut Victor. & alij 50. v. c. 1104. mense Imperij 42. Christi 350.

Orbis 4313. V. C. 1101. I. C. 350.

Æ. D. N. MAGNENTIVS P. F. AVG.

GLORIA ROMANORVM A. Q. S. *Miles tenens labarum sinistra, in quo* P/✳ *dextra victoriolam, cum duobus captiuis.*

SALVS D. AVG. ET CAES. A P/✳ Ω P. L. C. *in medio nummi.*

Arg. VIRTVS ROMANORVM M. D. T.

VICTORIA DD. NN. AVGG. / VOT. V. MVLT. X. S. P. } *Duæ figuræ alatæ clypeum tenentes.*

Aur. VICTORIA AVG. LIB. ROMANOR. TR. *Duæ statuæ tenentes in medio trophæum. Palleri.*

VICTORIAE DD. NN. AVGG. ET CAE.

VOT. V. MVLT. X. S. V. R. P. L. C. *ut superior.*

Æ. GLORI. EXERCITVS. *Eques captiuum supplantans.*

Aur. GLORIA ROMANORVM. *Idem cum priore.*

Æ. IMP. C. MAGNENTIVS AVG.

VICTORIA AVGG. LIB. ROMANORVM P. R. *Statua militaris, dextra tenens labarum, & sinistro pede captiuum supplãtat.*

Aur. VICTORIA AVG. LIB. ROMANOR. TR. *Duæ figuræ, una*
Æ. *alata, altera stolata, porrigentes sibi mutuò dextras, & trophæum in medio. Palleri.*

VICTOR. AVG. LIB. ROMANOR. *Fig. stans, dextra labarum, sinistra trophæum.*

IMP. C. MAGNENTIVS AVG.

FELICITAS REIPVBLICAE. *Figura militaris stans, dextra victoriolam, sinistra labarum, in quo* P. ✳. *Alius* A. & T. R. P.

DECENTIVS.

MAGNENTII frater, Cæsar fit Mediolani, & fortissimus appellatur. Missus trans alpes ad tuendas Gallias, audito fratris casu, sibi metuens, laqueo apud Senonas vitam finiit, V. C. 1104.

Orbis 4314. V. C. 1102. I. C. 351.

Æ. D. N. DECENTIVS NOB. C. *alij* FORT.

VICTORIA DD. NN. AVG. ET CAES. *Duæ victoriæ tenentes scutum, in quo inscriptio,*

VOTIS V. MVLT. X. S. V. L. S. L. C.

Æ. SALVS DD. NN. LVCET A. Ω. P. ✳

Relig. SALVS DD. NN. AVGG. ET CAESS. A ✳ Ω.

MAG. DECENTIVS NOB. CAES.

VICTORIA AVGG. *Victoria alata, dextra sertum, sinistra palmam captiuum supplantans.*

FORT. CAES. A. DECENTIVS.

VICTORIAE DD. NN. AVGG. *alij* ET CAESS.

VOT.
V
MVLT.
X.
S. V. } *Duæ victoriæ tenentes clypeum.*

GAL-

GALLVS.

IVLIANI apoſtatæ frater, Cæſar à Conſtantio contra Magnentium mouenti, Orienti præpoſitus, generis ſuperbia elatus atque inſoleſcentia ætatis prouectus, Antiochiæ tetra & nefanda flagitia eſt aggreſſus, cum ſua ſponte, tum à Conſtantina coniuge, Conſtantij ſorore ſtimulatus, qua re audita, Conſtantius eum capitali ſupplicio condemnauit, itaque reuinctis poſt tergum manibus, tanquam latro, capite truncatus eſt. anno æt. 29. Imperij 4.

FL. CONSTANTIVS GALLVS NOB. C. *Goltz.*

IMP. C. GALLVS P. F. AVG. *Muliebris fig. ſtans inter duo animalia, quorum alterum Leo.*

FEL. TEMP. REPARATIO. T. R. S. *Figura inſiſtens proræ nauis, dextra victoriolam, ſin. labarum, cum alia figura ſedente ad tranſtra, & hoc ſigno,* P ✱.

CONSTANTINA.

FL. IVL. CONSTANTINA AVG. *Goltz.*

DESIDERIVS.

FRATER Magnentij & Decentij, cui per ſpeciem furoris vulnera intulerat Magnentius. acceſſit ad Conſtantium, à quo liberaliter acceptus, paulò pòſt cum fratre Magnentio occiſus Lugduni.

D. N. DESIDERIVS NOB. C. *Goltz.*

VETRANIO.

POST Conſtantis necem Magnentio Italiam, Africam, Gallias obtinente, etiam Illyricum res nouas habuit, Vetranione magiſtro militum prope ad ſtultitiam ſimpliciſſimo, ad Imperium conſenſu militum electo, quem grandæuum iam & cunctis amabilem diuturnitate & felicitate militiæ, ad tuendum Illyricum principem crearunt, virum probum & morum veterum ac iucundę ciuilitatis, ſed omnium liberalium artium expertem, adeò ut ne elementa quidem prima literarum niſi grandæuus & iam Imp. acceperit. Huic à Conſtantio, qui ad ultionem fraternæ cædis bellum ciuile commouerat, abrogatum eſt Imperium, atque nouo inuſitatoq; more conſenſu militum imperij inſigne deponere compulſus eſt, ſed grandæuæ ætati non vita modo, ſed & voluntarium otium conceſſum. *In Pannonia ad Murſiam,*

D. N. VETRANIO P. F. AVG. *Goltz.*

CONCORDIA MILITVM. Fig. [illegible] stans inter has literas A B [illegible], utraq. manu labarum in [illegible] ✱ supra caput ✱ [illegible] pedibus TS [illegible]

NEPOTIANVS.

Eutropiæ Constantini sororis filius, hortantibus perditis, Romæ Augusti nomen rapit, quem octauo die vicesimoq; Magnentius oppressit. Sex. Aur. Victor.

FL. POP. NEPOTIANVS P. F. AVG.

SILVANVS.

Gallo Cæsare à Constantio occiso, Siluanus Imperator effectus, die Imperij XXIIX. à legionibus, à quibus præsidium sperauerat, perimitur, ne quid apud Gallos natura præcipites nouaretur, presertim Germanis pleraque earum partium populantibus. Fuit ingenio blandissimus, quanquam barbaro patre genitus, tamen institutione Romana satis cultus & patiens. Idem.

D. N. SILVANVS P. F. AVG. *alij* D. N. FL.

FL. CLAVDIVS IVLIANVS.

CONSTANTINOPOLI natus, patre Constantio Constantini M. fratre, matre Basilina nobilissima femina; forma liberali, ingenioque & ad litteras & ad arma capessenda satis accommodato: ab Eusebio Episcopo Nicomediæ in Christiana doctrina institutus, palàm Christum confessus est; deinde Libanio Rhetori & Maximo Philosopho, quem postea Valentinianus ut res magicas exercentem, interfici iussit, traditus, qui prætermissa veritatis cognitione, puerilem animum ad antiquorum incredulitatem flexit; unde fidem Christi deseruit, & idolis seruiit. A Constantino patruele adoptatus, Cæsar factus, cū in expeditione esset aduersus barbaros, & in quandam ingrederetur ciuitatem corona laurea quibus solent ciuitates ornari, inter columnas pendens, rupto fune, super caput eius decidit, eumq; aptissimè coronauit, quod cuncti clamore suo Imperij ei fore signum interpretati sunt. Is Galliis præpositus in campis Argentoratensibus cum paucis militibus infinitas hostium copias deleuit, regemque Chonodomarium cepit, ac postea Alemannorum regem potentissimum Badomarium. Re bene in Gallia gesta, hostibus sæpè profligatis ultraque Rhenum coactis, à militibus Parisiis Imp. & Augustus salutatus est. Eo Imp. tenente pop. Romani hostes intra suos terminos se continuere. Vir erat statura exigua & gracili, maiestate conspicuus, promissa barba inter veteres heroas connumerandus, similis existimatus Tito, ut frater eius Gallus Domitiano, bellorum successibus comparatus Traiano, moderatione M. Aurelio, litterarum studio magnis philosophis, Christianos impio odio insectatus, à quorum tamen sanguine fertur abstinuisse. Is gloriæ nimis cupidus, arrogans etiam & plus quam Imp. decebat, audax, Imperij sui memoriam magnitudine operum gestiens propagare, ambitiosum quondam apud Hierosolymam tem-

templum, quod post multa certamina obsidente Vespasiano & Tito ægrè est expugnatum, instaurare sumptibus cogitabat immodicis, negotiumq́ue maturandum dederat Alypio cuidam Antiochensi. is cùm hoc tentaret; metuendi globi flammarum prope fundamenta crebris assultibus irrumpentes fecere locum exustis aliquoties operantibus in accessum, hocq́ue modo elemẽto destinatius repellente cessauit inceptum. Constantio mortuo, adeptoq́ue toto Imperio, Persis bellum indixit, ac cum ingenti exercitu primùm Constantinopolim, & transmisso Bosphoro à Chalcedone Nicomediam peruenit; inde Antiochiam Syriæ, ibi liberalitatis studio parum prudenter certum rerum venalium instituit pretium: quod Antiocheni procliues ad contumelias impudenter & liberè riserunt, & scommatibus in barbam eius luserunt, quòd prolixior ea esset, tonderi eam ad funiculos plectendos oportere dicentes, atque item in nummis eius, qui effigiem tauri habebant, cauillati sunt, perinde atq; à præcipiti tauro mundum ab ipso imperante euerti iactantes. cùm enim supra omnes alios superstitione admodum teneretur, & quotidie tauros ad simulachrorum aras mactaret, & aram & taurum nummo suo imprimi curauerat. Ad Persas igitur profecturus Antiochia Hierapolim profectus, in Mesopotamiam peruenit, atque hinc traiecto flumine ponteq́ue reuulso, ne militibus redeundi via daretur, ad hostes peruenit: commissa pugna, acceptoq́ue vulnere letali, manu cruore repleta in aërem sanguinem proijciens, Vicisti, inquit, tandem Galilæe, vicisti. paulatim sanguine vacuus, epota aqua frigida, circa noctis ferè medium interijt, cùm imperasset solus annum unum, menses septem: Cæsar annos 7. vixit, annos 42. Cadauer Tarsum perductum, in suburbana villa sepultum est, cum hoc Epitaphio;

Rex bonus & sæuis bellator fortis in armis
Iulianus iacet hic ad Cydni fluminis undas,
Dum ferus Euphrates & Persica tela, cruenti
Martis opus, cœptósque negatur inire triumphos.

Nazianzenus eum horribiliter mortuum, mox à terra commota, & flammis emicantibus absorptum scribit.

Orbis 4323. V. C. 1101. I. C. 360.

Aur. D. N. IVLIANVS NOB. CAESAR.
GLORIA REIPVBLICAE SIS. *Duæ Victoriæ tenentes clypeum, in quo scriptum est* VOT. V.
VOTIS V. MVLTIS X. *in corona, & sub ea* T. CON.
VICTORIAE DD. NN. AVG. VOTIS V. MVLT. X. *In corona.*

Orbis 4324. V. C. 1112. I. C. 361.

Æ. ***Aur.*** D. N. FL. CL. IVLIANVS NOB. C.
SPES REIPVBLICAE XXI. *Figura militaris stolata stans, dextra globum, sinistra hastam.*

VI-

VICTORIA DD. NN. AVG.
Alius VOT. V. MVLT. X. *In corona.*

Æ. FL. CL. IVLIANVS P. P. AVG.
MONETA AVG. R. *Tres figuræ, dextra bilancem, sin. cornucop.*

Æ. D. N. (*alij* CL.) IVLIANVS NOB. CAES.
FEL. TEMP. REPARATIO. *Miles prosternens captiuum.*
REPARATIO REIP. *Figura captiuum supplantans, ut superior.*

Aur. IMP. C. IVLIANVS P. F. AVG.
LIBERTAS PVBLICA. *Libertatis stantis typus.*

Arg. D. N. IVLIANIVS P. F. AVG.
VOTIS V. MVLTIS X. *In corona quercea.* S. C. O. N. *Schellenb.*
In quibusdam est ipse Imp. barbatus & casside caput contectus cum clypeo ad pectus & telo exerto.

Arg. D. N. FL. CL. IVLIANVS P. F. AVG.
VIRTVS EXERCIT. SIRM.
VOTIS X. MVLT. XX. F. CONS.
Æ. *Arg.* VOT. X. MVLT. XX. *in corona,* & ANTI. *alij* VRB. ROM.
SECVRIT. REIP. CON. *Taurus cum aquila. Alius. Taurus cum duobus stellis.*
Æ. SECVRITAS REIPVB. HERACLEA. *Alius taurus diuersus à superiore. æreus elegans.*
Alius eadem inscript. ANTI. *Bos cum duabus stellis.*
Alius. SCONST. *alius* CONSPA.
SECVRITATI ET SP. AVG. *Auentini annales.*
T. CONSTANTIA.
VOTA PVBLICA. *Isis Dea infantem in sinu tenens, quæ ab antiquis dicebatur* τιθήνη, *id est, nutrix, item* πανδεχὴς, *id est susceptrix, quod ut ex Platone Plutarchus in Iside recitat, eadem Dea totius humani generis videretur esse susceptrix & nutrix.*
Æ. TRIONPHVS CAESARIS VOT. XX. *In corona.*

VOT.
X.
MVLT. } *In corona. Relig. & Ortelij.*
XX.
CONST.

SECVRITAS REIPVBLICAE T. CONST. *Bos cum duabus stellis & aquila.* Cellarij.

DEO

DEO SERAPIDI. *Serapidis & Isidis capita, sed Serapidis Iuliani effigie. Baron. in Iuliano T. 4.*

VOTA PVBLICA. *Mulieres duæ aduersæ, aspidibus coronatæ, sistrum una manu, altera nouaculas præferentes, geminæ præterea inter illas alæ visuntur. Baron. duplicem Isidem interpretatur.*

DEO SERAPIDI. *Iuliani effigies. Baron.*

VOTA PVBLICA. *Latrator Anubis canino capite, dextra sistrum, læua caduceum.*

V. C. 1114. *in prœlio occisus est 6. Cal. Iulij. I. C. 363.*

HELENA.

CONSTANTINI M. filia, Constantij soror, uxor Iuliani: huic Eusebia Constantij Imp. uxor insidiabatur, quòd ipsa sterilis vixerat, quæsitumque venenum per fraudem bibere illexit, ut quotiescunque concepisset, immaturum abijceret partum. Cùm in Illyricum Iulianus ad bellum ciuile contra Constantium (quem nunquam ad concordiam venturum sciebat) proficisceretur, illa moritur ex partu. Corpus eius Romam perlatum in suburbio viæ Nomentanæ, ubi antea Constantia soror posita erat, est sepultum.

FL. IVLIA HELENA AVG. *Goltz.*

FLAVIVS IOVIANVS.

PATRE Varroniano natus in Pannonia, vir insignis corpore, lætus ingenio, litterarum studiosus, vultu lætissimus, oculis cæsiis, vasta & ardua proceritate, beneuolus & in suos promptus, Christianæ religionis studiosissimus. Cùm Iulianus in Oriente interiisset, ab exercitu Imp. inuitus est electus. is Imp. factus voluit omnes milites Christi nomen profiteri; quod & fecerunt. Exercitum Romanum reduxit ultra Tigridem, ibiq; fœdus ictum cum Persis ad annos 30. cumque venisset ad op. Dadastana inter Bithyniam & Galatas cruditate stomachi, ex longo itinere à Persis contracta, in cubiculo recenti tectorio obducto, prunis etiam ardentibus dormiens, repentè interiit, imperij mense septimo aut octauo, anno ætatis 33 aut 40. Christi 364. cum Varroniano F. quem Imp. à militibus electus, licet infantem Cos. secum creauerat, qui cum admodum puerulus in curuli sella cum patre veheretur, iugi vagitu infelicem patris exitum portendit.

Orbis 4224. V. C. 1114. I. C. 363.

Arg. D. N. IOVIANVS P. F. AVG.

VOT. V. *Corona quercea ut sequens. VVerdenst.*

VOT. V. MVLT. X. CONS. *In corona quercea.*

VICTORIA AVGGG. T.R.H.S. *Figura sedens, dextra victoriolam, sinistra hastile.*

Æ. VRB. ROM. S. I. H. N.

Æ. VOT.
V
MVLT.
X.
VRB. ROM. T.

FLAVIVS VALENTINIANVS.

NATVS apud Cibalas Pannoniæ op. post Iouiani mortem Niceæ ab exercitu fit Imp. Gratiani Funarij (sic dicti quod funem portanti quinque etiam robustissimi milites extorquere nequirent) F. ipse magnanimus, & rei militaris peritus, pius, iustus, robustus, egregio vultu, animo graui, ingenio solertissimus, sermone cultissimus; sed auaritia notatus, & quandoq; immanis, trux & sanguinarius. Valentem fratrem Augustum & Imperij consortem fecit; Thracia expulit Gothos, Saxones ad officium redegit, Germaniam Theodosij auspiciis pacauit. Gratianum F. suum Augustum appellauit. tandem Quadorum legationem latrocinia excusantem audiens, subita ira accensus, in morbum incidit, quo arescentibus venis, cùm nihil sanguinis emitti posset, aut (ut rectius forte) iracunda vocis contentione arteriam rumpens, & sanguinem effundens, voce amissa, Bregetione sensu integer expirauit, anno Imperij XI. ætatis LV.

Orbis 4325. V. C. 1115. I. C. 364.

D. N. FLA. VALENTINIANVS P. F. AVG.

VICTORIA AVGGG. CONOB. R V. *Fig. stans, dextra crucem, sinistra victoriolam.*

VOTIS X. MVLT. XX. CONOB. *Fig. stans, sin. crucem.*

Æ. VALENTINIANVS P. F. AVG.

SALVS REIPVBLICAE. *Victoria, dextra spolia super humerum, sinistra puerulam tenens. Ant. Aug.*

BONI FATI. *Goltz. th.*

GLORIA ROMANORVM.

ANTE. *Figura militaris insistens naui.*

Eadem inscriptio, BSIS. *Figura militaris stans, dextra captiuum crinibus trahens, sinistra labarum, alius dextra clypeum.*

Æ. VOT.
V.
MVLT.
X.

Aur. D. N. VALENTINIANVS P. F. AVG. *Palleri.*

Arg. VICTORIA AVGG. TR. OB. *Duæ figuræ sedentes, in medio victoria. Plures diuersi.*

VIRTVS ROMANORVM TRPS. *Figura sedens, dextra victoriolam, sinistra hastam.*

Aur. RESTITVTOR REIPVBLICAE. *alius* ANTI. *alius* S. M. L. V. C. *Palleri & Ruegeri.*

S. M. N. E. *Figura stans, dextra labarum, sinistra victoriolam. Alius* S. M. T. E. S. *Alius* CONS. P. *Baron. T. 4.*

SECVRITAS REIPVBLICAE. *Victoria, lauream in dextra, sinistra palmam.* SECVNDA. *Eadem inscript. Figura equestris.* *Arg.*

REPARATIO REIP. *Imp. stans, captiuo ad genua procumbente, & à tergo Victoriola Imp. imponit lauream.*

Arg. RESTITVTOR REIP. ANT. *Imp. stans, dextra labarum cum* P. * *Christianismi nota.*

CONCORDIA AVGGG. *Figura armata, sinistra globum tenens, cui insistit victoriola ipsum coronans. alius cũ Roma sedente. Figura armata & galeata sedens dextra globum, sinistra hastam, quidam ut Io. Schellenb. dextra hastam, sinistra globum.*

FELIX ADVENTVS AVG. N. S. M. A. Q. *Figura equestris habitu pacificatoris.*

VIRTVS EXERCITVS. SISCP. *Fig. dextra labarum, sin. clypeũ.*

VICTORIA AVGVSTORVM. *Victoria inscript. clypei* VOT. V.

V. C. 1126. 15. *Cal. Dec. obijt.*

SEVERA.

Prima uxor Valentiniani.

VAL. SEVERA AVG.

FL. IVSTINA.

Altera Valentiniani uxor.

DIVA IVSTINA. *Vir nudus sedens sub arbore, pateram tenens, ad cuius pedes spolia cum caduceo alato, à tergo harpia. Cellarij.*

FL. IVSTINA AVG. *Goltz.*

PROCOPIVS.

Disphendomene dissipatus à Valente.

Arg. D. N. PROCOPIVS P. F. AVG. *Viniani.*

VOT.
V. *In corona quercea.*
CA.

FL. VALENS.

VALENTINIANI frater, ab eo collega Imperij & Augustus designatus, bella gessit in Oriente. Procopium vicit & occidit, Christianus primùm, mox coniugis suasu Arrianus. Contra Scythas & Gothos pugnans ferociùs quàm cautiùs in fuga vulneratus, atque in vile tugurium deportatus circa Hadrianopolim, igne à Gotthis iniecto, flamma absumptus est, anno ætatis 50. Imperauit cum fratre annis 14. solus 3. alij 15.

Valens VI. *Valentin. iun.* II.

Orbis 4341. V C. 1129. I. C. 378.

Aur. D. N. VALENS P. F. AVG.

Arg. RESTITVTOR REIPVBLICAE D.C. *Statua dextra tenens hastam cum labaro, sinistra victoriolam. alius* CONOB. *alius* HSIPN *Baron. T. 4.*

VIRTVS EXERCITVS T. R. P. S.

Aur. VICTORIA AVGG. TR. OBS. *Duæ figuræ sedentes, & in medio Victoria alata.*

Eadem inscript. cum SIS C. *eadem figura.*

VOT.	VOTIS	VOT.	VOT.	VOT.
V.	O. V. B.	X.	X.	XXX.
	MVLTIS	MVLT.	MVLT.	MVLT.
	X.	XX.	XX.	XXXX.
	CONS.	ANT.	SISCP.	CIII.

Æ. SECVRITAS REIPVBLICAE. *Victoria, lauream dextra, sinistra palmam. infrà* SECVNDA.

Eadem inscriptio, S. M. N. B. *Victoria, sinistra palmam.*

Alius idem, R. H. R. T. *Eadem figura.*

GLORIA ROMANORVM L. V. C. V. S. *Miles captiuũ supplantans. Ortelij.*

Arg. VRBS ROMA.

T. R. P. S. *Roma galeata insidens subsellio, dextra victoriolam, sinistra hastam.*

Aur. RESTITVTOR REIPVBLICAE CONS. *Figura stolata stans, dextra labarum, sinistra victoriolam, insistentem globo. VVerdenst.*

Aur. D. N. VALENS PERP. AVG.

RESTITVTOR REIPVBLICAE A. N. T. H. *Figura militaris stans, dextra labarum, sinistra victoriolam.*

Anno V. C. 1129. *in prœlio occisus* V. *Idus Augusti, Olymp.* 289. *anno* 4.

DO-

DOMINICA.

Valente Imp. marito à Westgotthis cæso, hostes Constantinopolim obsidentes, prudentia sua sustinuit, & Saracenorum à Mauia missorum auxilio propulsauit, ciues & precibus & auro confirmauit. Galata filia eius.

ALBIA DOMINICA AVG. *Goltz.*

ANDRAGATIVS

Qui Gratianum occiderat. Maximo capto & Theodosio tradito, de salute sua desperans, in flumen è naui prosilit & submergitur.

FL. GRATIANVS.

VALENTINIANI ex Seuera F. Sirmij natus, litteris bene institutus, princeps religiosus & pius, patruo Valente defuncto Asiæ Libyæq; regna suscepit. Treueris Valentinianum iuniorem fratrem Cæsarem & participem Imperij declarat. admodum iuuenis Alemannorum triginta millia in Gallias irrumpentium circa Argentoratum fudit. Theodosium contra Gotthos in Thraciam misit, & re feliciter gesta, Imperij consortem fecit, tradito Oriente cum imperio Thraciæ. Dum otiosus agit, exercitum suum negligens & Alanos fouens, Maximi insidiis (qui ab exercitu Imp. factus) circumuentus periit, cùm imperasset annos 15. cum patre 8. cum patruo 3. cum Theodosio 4. anno ætatis 29. aut, ut alij, 38. *Vide Nicephorum fol. 613.*

Orbis 4341. V. C. 1129. I. C. 378. *Valens VI. Valentin. iun. II.*

Aur. D. N. GRATIANVS P. F. AVG.

Arg. VOT. XV. MVLT. XX. *in corona quercea &* SISC. PS.

CONCORDIA AVGGG. SNAB. *Alius* CONOB. *Figura sedens, dextra hastam, sinistra globum.*

Arg. Aur. VICTORIA AVGG. TR. OBS. *Palleri.*

Alius eadem inscriptione, cum litteris M D O B.

Arg. VIRTVS ROMANORVM A Q P S. *alius* T R P S. *Roma sedens.*

VIRTVS EXERCITVS T R P S. *Baron. T. 4. Figura militaris. Ortelij.*

REPARATIO REIP. S C O N. *Plures diuersis litteris.*

GLORIA ROMANORVM S M K A.

Aur. VICTORIA AVGG. T R O D T. *Duæ figuræ sedentes, Victoria in medio. Palleri. alij habent* T R O D C. *Iac. Cellarij.*

Arg. VRBS ROMA A Q P S. *Roma insidens trophæo, dextra victoriolam, sinistra hastam. Palleri.*

Æ. SECVRITAS REIPVBLICAE. *Victoria stans, dextra lauream, sinistra palmam.*

Æ. D. N. GRATIANVS AVGG. AVG.

GLORIA NOVI SAECVLI.

T C O N. *Figura militaris ſtans, dextra litteras implexas, quæ Chriſti nomen denotant ſuſtollens. M. Velſerus verũ Auguſtan. lib. 7.*

VOT.
X. ANTA.
MVLT.
XX.

I. C. 383. V. C. 1134. *Gratianus occiſus.*

CONSTANTIA.

Conſtantij & Fauſtinæ filia, uxor Gratiani, Vide Amm. Marcellin.

FL. MAX. CONSTANTIA AVG. *Goltz.*

FL. VALENTINIANVS IVNIOR.

VALENTINIANI Imp. ex Iuſtina F. frater Gratiani, ex priore coniuge Seuera Mariana, à quo poſt patris obitum conſors Imperij factus, & in Italiam miſſus. cùm frater dolo Maximi occubuiſſet, in Illyricum confugit: inde in Orientem ad Theodoſium. Ex Italia in Gallias profectus dum Viennæ Allobrogum negligentius moraretur, fraude Arbogaſti Alanorum præfecti nocte in cubiculo ſtrangulatus obiit. Vixit annos 26. imperauit annos 16. Obiit anno V. C. 1143. I. C. 392. Idib. Martii, alij Maij, Arcadio Aug. II. & Fl. Rufino Coſſ. alij ad præcedentem annum referunt, Titiano & Symmacho Coſſ. Eius cadauer à ſororibus Arbogaſtis mercede redemptum, ac Mediolanum ut ſepulturæ mandaretur tranſlatum.

Poſt Conſulatum Gratiani Aug. III. & Flauij Equitii.

Orbis 4338. V. C. 1126. I. C. 375.

Aur. D. N. VALENTINIANVS IVN. P. F. AVG.

VICTORIAE AVGG. A Q O B F. TROBT. *Duæ figuræ tenentes globum, in medio Victoria.*

CONCORDIA AVGGG. CONOB.

RESTITVTOR REIP. TR. OBS. *Figura ſtans, dextra labarum tenens, ſiniſtra expanſa. Baron. T. 4.*

Alius. Fig. militaris ſtans, dextra labarum, ſiniſtra globum, ſuper quo Victoriola quæ Imp. lauream imponit.

Æ. REPARATIO REIPVB.

T. CON. *Figura dextram procumbenti porrigens.*
S M A Q. *Eadem inſcriptio & typus.*
A S I S C. *Eadem inſcriptio & typus.*

VICTORIA AVGG. TR P S. *Victoria gradiens.*

Arg.

Arg. A OPE. (*alius* ANTB.) VRBS ROMA A Q P S. *Roma insidens spoliis, hastile sinistra, globum dextra tenens, cui insistit Victoriola ipsum coronans.*

CONOB *quid sibi velit, multi hactenus assequi non potuere. Cedrenus interpretatur* CIVITATES OMNES NOSTRAE OBEDIANT BENERATIONI. *ita enim scribit:* τὰ ἐν τοῖς νικαρέλοις τοῦ νομίσματος ὑποκείμενα ῥωμαϊκὰ γράμματα κονοβ δηλοῦσι ταῦτα. κ κιβιτάτοις, ο ὄμνοις ν νόστρω, ο οβεδιαμ, β βενερατιονε. τουτέστιν, αἱ πόλεις πᾶσαι τῇ ἡμετέρᾳ πειθαρχείτωσαν προσκυνήσει. *id quod à paucis hactenus obseruatum, hoc loco explicare volui. Melius tamen hæ literæ explicatæ videntur in Ortelij Viuianiq́ Itinerario, ubi non tantum* CONOB. *Constantinopoli obsignatam, sed & alias litteras, Treuiris alibiq́ signatam pecuniam ostendere, egregiè docetur.*

FL. MAGNVS MAXIMVS.

Ex prosapia Constantini M. oriundus, vir in militari expeditione aduersus Francos, Germanos, Gotthos, aliosque barbaros habita fortis & strenuus, quos terrore sui tantum nominis domuit, & ad petenda vectigalia coegit. Cùm Gratianum Imp. per Andragatium interfici curasset, & Imperij titulos maiestatemque sibi usurparet, ad Sisciam & Petouiam victus à Theodosio, Aquileiæ obsessus, à militibus deditus, cùm ad tertium ab Aquileia lapidem eidem sisteretur, regiis ornamentis exutus capitis supplicio affectus est, anno I. C. 388. V. C. 1139. Huic Martinus Turonensis Episcopus prædixit, si Italiam petiturus esset Valentiniano iuniori bellum illaturus, fore quidem ut eo profligato tum victor euaderet, sed non ita multò pòst interfectum iri.

Orbis 4347. V. C. 1137. I. C. 386.

Aur. MAGNVS MAXIMVS. *Viuiani.*

RESTITVTOR REIP. *Imp. vestitu militari stans, dextra labarũ, sinistra globum cum Victoriola.*

Aur. D. N. MAG. MAXIMVS P. F. AVG. *fortè legendum Marcus Aurelius Galerius Maximus.*

RESTITVTOR REIP. SMTR. *Figura militaris stans, dextra labarum, sinistra globum cum Victoriola.*

Arg. VIRTVS ROMANORVM TRPS. *Roma sedens cum casside in capite, & sphæra in dextra. Treuiris pecunia signata ut vult Velser.*

Æ. REPARATIO REIP. *Figura militaris stans, cum captiuo ad genua procumbente, cui porrigit manus; sinistra tenet victoriolam, quæ capiti Imp. lauream imponit.*

Alius ead. inscript. P. CON. *Figura dextram porrigens procumbenti in genua.*

Alius eadem inscript. & typo, S. CON.

FL. VICTOR.

MAXIMI tyranni F. adhuc puer Cæſar à patre factus, & Gallijs præpoſitus, cum patre à Theodoſio trucidatus. reperio in nummo raro arg. eum Aug. quoque appellatum. Cognita patris nece milites Rom. quos in Gallia ſecum habuerat, eum extinxerunt.

Arg. D. N. FL. VICTOR P. F. AVG.
VIRTVS ROMANORVM A V P S. *Figura ſedens, dextra victoriolam ſuper globo. Auguſtæ Vind. pecuniam ſignatam vult M. Velſerus rerum Vindel. lib. 7.*
Alius A Q P S. *dextra globum, ſin. haſtam.*

Arg. VICTORIA AVGVSTORVM A O P S. *Victoria dextra laureā.* *N. Viuiani.*

Aur. BONO REIPVBLICAE NATI M D O B. *Duæ figuræ haſcatæ ſedentes, quarum maior porrigit globū minori, victoria intermedia.* *Ruegeri.*

Arg. SPES ROMANORVM. *Caſtra prætoria cum ſtella, infrà* A N L O P. *Iac. VVolphij.*

FL. THEODOSIVS.

